adurēte. Alia aūt ſunt quaſi lapides aggregati ex pluri
bus et generantur ex eadem exalatiōe a calido exalante
humidum ſuperfluum. et fortiter terminante humiduꝫ
cum ſicco Tunc ibi (Exalationes autem) Aſſignat
cāam eorū que fiunt ab exalatione humida ꝛ cū hoc oſtē
dit modū generatōis ipſoꝝ. Dicens primo ꝙ illa q̄ me/
tallantur. i. habent formā metalli generātur materialiter
ex vaporoſa exalatione et a frigido ꝯmenſurato coagu/
lante Et iſtorum quedā ſunt fuſibilia ꝛ quedā ductibi/
lia Fuſibilia ſeu liquabilia ſunt q̄ plus accedūt ad naturā
humidi q̄ȝ ſicci. ſicut ſtannū aut plumbū. ſed ductibilia
ſunt que habent humidū magis reductū ad mediū per
ſiccum. puta in quibus eſt bona terminatio ſicci ꝛ hūidi
ſicut in auro et ere. aut quecūq̄ȝ habent humidum viſco/
ſum nō bene ſeparabile a ſicco. ſicut ferrū q̄d calefactum
ictu mallei extenditur. Tūc ibi (Facit autem) Aſſig
nat modū et locū generationis. Dicens ꝙ hm̄ōi gene/
rantur ex exalatione vaporoſa incluſa in ꝑtibꝫ terre ꝛ p̄ci/
pue in lapidibus ꝓpter ſiccitatem lapidū bene coartanteꝫ
hūidū et vaporoſam exalatōem et etiā ꝓpt̄ coagulationē
factā a frigido cōmēſurato forme metalli ex ꝟtute celeſti
q̄ dicitur virtus mineralis. Et ab eodē frigido generan
tur ſupra terram ros et pruina q̄ñ a vapore ſegregata ē
exalatio calida et ſicca ſurſum mouēs Eſt tamē dr̄ña in
generatione iſtorum. quia in generatione roris prius ſe/
gregatur ſiccitas anteq̄ȝ materia coaguletur et ergo in
eis materia eſt liquida. ſed in partibus terre metalla ge
nerantur ex eodem vapore ante ſegregationem ſicci et
ideo ſtꝫ dura Et propter h̄ verū eſt dicere ꝙ metalla ſtꝫ
aqua ſm̄ vnū modū ſcꝫ inq̄ȝtum generant̄ ex vapore hu
mido a dominio qui eſt in potentia ꝛ materia et aqua Et
ſm̄ aliū modū nō ſunt aqua. qꝛ ſcꝫ ſiccū nō eſt ſegregatū
in ſignū cuius talia metalla igniuntur i. ꝯburunt̄ et i pul
uerem reducunt̄ et terrā. q̄d ꝯuenit eis ꝓpter ſiccā exala
tionē. q̄ ſola exurit̄. et ipſa poſt exuſtionē reducunt̄ in mi
norem quātitatem. ꝓpter ſegregationē alicuius groſſi et
impuri excepto ſolo auro q̄d non fit minus nec minorꝭ
ponderis quādo exurit̄ quia generatur ex ſubtiliſſimis
ſicco et humido non habētibꝫ aliq̄d īpurū admixtuꝫ q̄d
ꝑ ignitōem ſegregari poſſit.

Cōmuniter q̄dē dictū eſt de oībꝫ his. ſigilla
tim āt ꝯſiderādū intēdētibꝫ circa vnūq̄d q̄ȝ gen9

¶ In iſta tertia et finali ꝑte Areſto. recapitulat Dicēs.
ꝙ cōiter et vl'r dictuꝫ eſt de foſſibilibꝫ et metallicis. et
q̄uō generent̄. ꝛ que ſit eoꝝ dr̄ña Sꝫ volens ꝑticulariter
de eis intendere ꝛ ꝯſiderare circa vnūq̄dq̄ȝ ipſoꝝ. q̄ ſint
ꝓpria principia generatōis et dr̄ña ꝛ accidentia ꝯſequen
tia. hec facere habebit in eo qui de metallis inſcribit̄ et in
q̄buſdā alijs libris circa q̄s Theoraſtus negociatus eſt
ſm̄ Alexandrum cōmentatorem

Queritur Utrꝫ ad iſtū librū metherologoꝝ. ꝑ
tineat determinare de generatōe mine
ralīū Dōm ꝙ ſic. qꝛ mineralia q̄ gñant̄ infra terrā fiūt
ex eadem materia ex qua fiunt impreſſiones apparētes
ſupra terrā. ſcꝫ exalatōne ſicca ꝛ vaporoſa. g̃ etiam in eo
dem libro determinādū eſt de ipſis. Unde ſepe dictū eſt
prius ꝙ ꝟtute calidi ex terra et aqua ſuperius eleuat̄ du
plex ſegregatio. quedam ſicca que eſt principium eorū q̄
fiunt ꝑ inflāmationē et etiam ventorū et hm̄ōi Alia aūt
humida que eſt principiū eorū q̄ fiunt ꝑ ingroſſationem
a frigido. Et eodem modo in ꝑtibus terre fit duplex ſe
gregatio. vna quidem ſicca ex qua fiunt q̄ generant̄ a cali
do exiccante ſeu adurente. alia humida ex qua generant̄
quedam per coagulationem a frigido. vt patuit ſuperi/
us circa textum.

Notandū Qꝫ mineraliū generatorū in/
fra terrā in ꝯmuni ſunt due ſpe
cies. quia quedā ſunt foſſibilia quorū materia eſt exala
tio fumoſa et illa ſunt de natura terreſtri. Alia ſunt me/
tallica quorum materia eſt exalatio vaporoſa. et illa ſunt
aquoſa a dominio. quare quaſi oīa ſunt liq̄factibilia
et fluxibilia ꝓpter abūdantiam humidorū excepto auro
q̄d propter optimā cōmixtiōem vaporū cū exalatiōe nō
eſt ab igne liquefactibile. niſi forte eſſet in fortiſſimo igne
et ꝑ magnū tēpus. Et q̄dlibet illorū adhuc duplex eſt vt
patuit clare in expoſitione littere.

Arguit De mineralibꝫ agitur in vno ſpeciali
libro naturalis ph̄ie. vt pꝫ ex numero
et ordine librorū ph̄ie naturał. g̃ videt̄ ꝙ eorū ꝯſideratō
in preſenti libro ſit imꝑtinēs et ſuꝑflua Dōm ꝙ mine
ralia poſſunt dupliciter cōſiderari. vno modo in cōmuni
et ſic de eis determinatur in ꝓpoſito ꝓpter cauſaꝫ ſtatim
dictam. Alio modo capiunt̄ in ſpeciali ꝛ ꝑticulariter. et
ſic de eis determinādum eſt in quodaꝫ alio libro qui de
mineralibus aut metallicis intitulatur. licet nō ſit tranſ
latus de greco in latinum.

¶ Incipit quartus liber.

Quoniā aūt qua/
tuor cauſe determinate ſunt elemē
torū. Harū aūt ſm̄ ꝯiugationeꝫ et
elemēta quatuor accidit eſſe. quo
rum duo q̄dem factiua calidum et frigidū. duo
aūt paſſiua ſiccum et humidum Fides autem
horū ex inductione. videt̄ eīm in oībus calidi
tas q̄dem et frigiditas terminantes et copulā/
tes. et permutantes. et homogenea et non ho/
mogenea: et humectantes et exiccantes ꝛ indu
rantes et mollificantes Sicca aūt et humida
terminata et alias dictas paſſiones patientia
ipſa q̄ ſm̄ ſe et quecūq̄ȝ cōmunia ex ambobus
corpora conſtant. Adhuc aūt ex rationibꝫ pa/
lam q̄bꝫ determinamus naturas ipſorū. Cali/
dum q̄dē eīm et frigidū vt factiua dicimus con
cretiuū eīm ſicut factiuū aliq̄d eſt. Humidum
aūt et ſiccū paſſiua. facile terminabile eīm ꝛ dif
ficile i pati aliq̄d naturā ipoꝝ dr̄ Qꝫ q̄dē igit̄ hec
q̄dē factiua hec aūt paſſiua manifeſtū eſt.

¶ Iſte eſt quartus liber metherologorum Areſto. in
quo ph̄us docet operationes qualitatū primarū actiua
rum in mixtis et etiā paſſiones paſſiuarū. Et ꝯuenienti
ordine ſequit̄ tertiū. qꝛ in fine tertij determiatū eſt de mi
neralibꝫ ſꝫ ſcīa iſti9 libri mltū valet ad ſciam de mīeralibꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus Sunt tamen aliqui dicentes ꝙ quãuis iſte liber inſcribatur quartus liber metherologorũ. tñ eſt magis continuus cũ libro de generatione. Et diuiditur iſte liber in duas ptes. ſcꝫ in ptem ꝓhemialem. et exequutiuã. que ibi tangitur (Determinatis autẽ) In pte ꝓhemiali reſumit tria prius determinata. in ſcdo de generatiõe ⁊ tertio celi Primũ eſt. ꝙ quatuor ſunt cauſe elemẽtoꝝ per quas intelligit calidũ humidũ. frigidũ et ſiccũ. Et nõ ſunt cauſe materiales. qꝛ quedã ſunt actiue. nec ſunt agentes aut fines. qꝛ predicantur de ipſis. ergo relinquitur ꝙ erũt cauſe vt formales. ſicut dicit cõmẽtator. Et dꝛ notanter vt formales ad denotandũ ꝙ nõ ſunt forme ſubſtantiales elemẽtorũ. Secũdũ qđ reſumit eſt ꝙ quatuor ſunt elemẽta ſm quatuor ꝯbinationes poſſibiles harũ qualitatuꝫ. q̃a in ſimplicibꝫ humidũ non pt vniri cũ ſicco nec frigidũ cũ calido. Et de iſtis elemẽtis dicit Cõmentator ꝙ de his medicus debet credere naturali. ſcꝫ ꝙ ſunt quatuor et ꝙ magnas habent cõmoditates in mixto. vt ipſe declarat. Tertiũ q̃d reſumit eſt. ꝙ iſtaruꝫ qualitatũ due ſunt actiue et due paſſiue. qꝛ calidũ et frigidũ ſunt actiue ſed ſiccũ et humidũ ſunt paſſiue. Quod dꝫ intelligi in corpe mixto. qꝛ ſm ſe quelibꝫ ſunt actiue. ⁊ q̃libet paſſiue ex q̃ ſunt cõtrarie. Iſtud tertiũ phus ꝯſequenter ꝓbat primo p inductionem. Scdo per rõem vſqꝫ ad finẽ ptis ꝓhemial'.

**Queritur.** Que ſit neceſſitas et vtilitas huiꝰ quarti libri metherologorũ. q̃ ꝯuenienti ordine ſequitur tres libros priores. et ſequitur ſcientiã de mineralibꝫ et aĩatis traditam Dõm ad pmũ ꝙ neceſſitas huius libri eſt perfecta ꝯgnitio ſcientie naturalis. qꝛ hic docentur operationes qualitatum actiuaꝝ in mixtis. et etiam paſſiones paſſiuaꝝ. Et ſimiliter docetur quid ſint oĩa omiomera nõ quidem ſm ſubſtantiã niſi in generali ſed potius que qualitas in quolibet dominetur. Et ideo partis exequutiue eius ſunt tria capitula pncipalia ſiue tres tractatus. In primo docentur operatiões calidi et frigidi. In ſecũdo docetur paſſiones humidi et ſicci In tertio docetur quid ſit vnũqđqꝫ omiomerum mõ quo dictum eſt Ad ſecũdũ dõm. ꝙ iſta ſcientia eſt fere vtilis ad totam ſciam naturaleꝫ ⁊ maxime ad ſciam de mineralibꝫ que ab Areſto. ꝯpoſita nõdũ peruenit ad nos Eſt etiam vtilis ad medicinã. primo qꝛ h dicitur ꝓpter quid multorũ quorũ qꝛ tm̃ ꝯſideratur i medicina Secũdo qꝛ ſm Ioãniciũ ſanitas eſt qđdaꝫ tẽperamentum reꝝ naturaliũ cuſtodiẽs elemẽta ſm curſuꝫ nature in hoĩe. ſꝫ iſtud temperamentum hꝫ p operationem et paſſionẽ qualitatũ primarũ q̃ hic determinãtur. Eſt inſuper vtilis ad ſciam alchimie. qꝛ tãtũmodo alchimiſtarũ eſt transmutare metalla ſm veritatem ⁊ nõ ſm ſophiſticatõem Qđ quãqꝫ ſit difficile nõ tñ eſt impoſſibile. vt dꝛ ſanctus Thomas Et ſtatim ſubiũgit ꝙ intentio aliquorũ ſit ꝙ metalla non differunt ſm ſpẽm ſꝫ ſm ſanũ et infirmũ vocantes metallum ſanũ durũ. et alia infirma. ⁊ ſic facile eſſet elemẽta ad inuicẽ transmutari Sꝫ credo (inquit ſanctus Thomas) ꝙ drũt ſm ſpẽm. et nihilominus trãſmutari poſſunt ad inuicem. qꝛ ſunt naturalia ⁊ habent materiam. Qꝫ aũt hoc fieri poſſet p arteꝫ eſt difficile. non tamẽ intelligi debet quaſi artifices transmutent. ſed agunt applicando propria agentia ꝓpriis paſſiuis. quia materia oĩm metallorum eſt argentũ viuum et ſulphur quorum naturas artifices tranſmutare poſſunt ꝯglutinando et cõgelando. vel etiam euaporatio de quibꝫ determinatur in hoc libro. g̃ eſt vtilis ad alchimiã Sed ꝙ conuenienti ordine ponatur inter libros naturalis phie ſufficienter patet ex dictis.

**Notandũ** Scdm doctorẽ ſanctũ. ꝙ iſta ſcia exponi debet mõ naturali et non medicinali. Quia ſm Auicennã medicina verſatur ſolum circa corpus humanũ ad infirmitatem remouendam et ſanitatem inducendã. ſed illa q̃ in hoc libro determinantur ſunt cõia oĩbꝫ mixtis. ſicut ptꝫ p ꝓceſſum. et ergo hec ſcia magis applicatur ad medicinã q̃ẽ ecõtra. qꝛ cõmune applicatur ad ſpeciale. Sed tñ multi ꝓpter defectum logice exponunt ipſum mõ medicinali ſicut Galienꝰ recitat de quodã. ꝙ cũ queſitum eſſet ab eo quid eẽt calidum. bene reſpõdit. ⁊ cũ ꝯtrariũ arguebatur ſtatim ſibi cõtradixit. neſciuit tñ. ⁊ hoc fuit ꝓpter defectũ logice. Et g̃ nemo ſine logica pt habere certitudinẽ ex ſermonibꝫ

**Arguitur** Scdm phm in decimo moraliũ felicitas homĩs et vita beatiſſima conſiſtit in ſpeculatione diuinorũ. ſed ad iſtam ſpeculationem nõ ſubſeruit ſcientia iſtius libri. ergo videtur ꝙ oĩno ſit ſuperflua Dõm ſm doctorẽ ſanctum in principio huius quarti. ꝙ ſcientia illius libri. et etiam tota ſciẽtia naturalis in qua non ſolum oportet conſiderare communia. ſed etiam ſpecialia et propria. vnicuiqꝫ vtiqꝫ ſeruit ad hmõi ſpeculationem. qꝛ per manifeſta et naturalia tanqꝫ per effectus in cognitionem cauſarum ꝑuenire poſſumus Propter qđ phus in libro methaphiſice incipit a ſubſtantiis ſenſibilibꝫ. et in duodecimo naturã ſubſtantiaꝝ ſeparataꝝ. ꝓbat p aſtronomicas rationes. Et ideo (vt dꝛ ſanctus Thomas) quãcũqꝫ aliã ſcientiã addiſcimus hoc facimus vt ad cognitionẽ diuinorũ ꝑueniamus. et qui alia intentione ſcientias acquirit ꝑuerſus ẽ in intentione niſi neceſſitate detineatur.

**Arguitur** In conſideratione rerum naturalium occurrunt multa vilia. ergo videtur ꝙ iſta non cõducũt ad ſpeculationem diuinorum Dicẽdum ſm doctorem ſanctum ꝙ propter hoc homo nõ debet pueriliter iſtam ſcientiam deſpicere. imo talis magis deſpicit ſeipſum vt tangit phus primo de ptibus animalium Sicut enĩ inſpicere picturam turpium animalium non eſt vile. ſic nec cauſas talium et rationem habere et cognoſcere. immo multo minus cũ multo imaterialius ſint cauſe apud intellectũ. q̃ẽ picture apud viſum

**Eterminatis autem his ſumenduꝫ vtiqꝫ erit operationes ipſorum quibus operãtur factiua et paſſiuorum ſpecies Primo quidem igitur vniuerſaliter ſimplex generatio et naturalis ꝑmutatio harum virtutum eſt opus et oppoſita corruptio ſm naturam. Hec quidem igitur plantis exiſtunt et animalibus et partibus ipſorum Eſt autem ſimplex et naturalis generatio permutatio ab his virtutibꝫ. cum habeant rationem ex ſubiecta materia vnicuiqꝫ nature.**

**¶ De autem contradicte virtutes paſſiue**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

generātꝭ aūt calidū et frigidum obtinentia materiam Cum aūt nō obtineant ſꝫm partē q̄dē molinſis et indigeſtio fit Simplici aūt generatōni cōtrariū maxime cōmune putrefactio. Omnis enī ſꝫm naturā corruptio in hac via eſt. puta ſenectus et anaſis. finis aūt omniū aliorūꝫ horū putredo. niſi aliquid violētia corrūpatꝫ natura cōſtantiū Eſt enī et carnē et os ⁊ quodcūqꝫ cōburere quorū finis ſꝫm naturā corruptionis putrefacto eſt. ꝓpter qḋ humida ꝑmo. deinde ſicca tandē fiūt putrefacta ex his enī facta erat Et terminatum fuit hūido ſiccū opantibꝫ factiuis. Fit aūt corruptio cū id qḋ terminatꝫ obtineat ꝓpter circūdans terminans Quinimo ſingulariter dicitꝫ putrefactio in his q̄ ſꝫm partem corrūpuntur cū ſeparentꝫ a natura ꝓpter qḋ et putreſcunt. oīa alia excepto igne. Etenī terra et aqua et aer putreſcunt: oīa enī hec ſunt materia igni.

¶ Pars executiua.

Iſta eſt pars principalis et executiua huius libri in qua accedit ad principale ꝓpoſituꝫ Et diuiditur in tres tractatus. in primo determinat de opationibꝫ qualitatū actiuarum in corporibꝫ mixtis. ſcꝫ de generatōne et putrefactione ſimplici mixtoꝝ. et de his q̄ conſequūtur eſſe rei cōſtitute. Et ſꝫm hoc iſte tractatus diuiditꝫ in duo capitula. In primo determīat de generatione et corruptione ſiue de opationibꝫ ꝯſequētibꝫ rem in ꝯſtitutione ⁊ deſtructōe. In ſecūdo vero determinat de opatōibꝫ ꝯſequētibꝫ reꝫ in eſſe ꝯſtituto ibi (Reliquū aūt) Primū capłm diuiditur in duas ptes. In prima oſtendit quid ſit ſimplex generatio et qñ fiat Dicens primo quo ad principaliter hic cōſiderata. Qꝫ ſimplex generatio et naturalis eſt ꝑmutatio ab iſtis virtutibꝫ actiuis. cū iſte virtutes ex materia ſubiecta habeant ꝓportionē vnicuiqꝫ nature. Per (ꝑmutatōem) tangit genus (ꝑ iſtas virtutes actiuas et totū ſequēs) tangit dr̃iam ad alias ꝑmutationes. Sꝫ (per materiā ſubiectā) intelligit qualitates paſſiuas. put ipſe phs met exponit. que aliam ꝓportionē requirit in generatōe hoīs et aliam in generatōe equi. Et iſta oīa ad longum declarantꝫ per textū. Tūc ibi (Et terminatuꝫ) Docet phs qñ fit generatio ſimplex et corruptio ei totaliter oppoſita Dicens ꝙ tūc fit generatio qñ ſiccū et humidum terminantꝫ ab actiuis. Sed corruptio fit qñ paſſiua vincuntꝫ ab actiuis ꝓpter aliquod circumſtans et extrinſecū. Et hoc probat ꝑ ſignū Et finaliter infert corolariū ꝙ ſolus ignis nō putrefiat

Putrefactio aūt eſt corruptio quedā in vnoquoqꝫ humido proprie ſꝫm naturaꝫ caliditatis ab aliena caliditate hec aūt eſt que ambientis. Quare qm̄ ſꝫm indigentiam patitꝫ. Calidi indigens āt tali ꝟtute exiſtēs frigidū oīe ābe vtiqꝫ cauſe erūt vt putrefactio cōis paſſio frigiditatꝫ q2 ꝑpe caliditatꝫ aliene. ꝓpt h̄ ei ⁊ ſicciora fiūt putrefacta oīa. et tādē terra et fimus Exiſtēte ei ꝓprio calido euaporat qḋ ſꝫm naturā humiduꝫ et trahens humiditatem nō eſt. Adhuc enī trahens ꝓpria caliditas Et in frigoribus autē minꝰ putreſcūt q̄ꝫ i eſtate In hyeme q̄dē ei paucum in ambiente aere et aqua caliduꝫ. quare nihil poteſt. in eſtate aūt amplius. et neqꝫ qḋ coagulatum. magis enī frigidū q̄ꝫ aer calidus Nō igitur obtinetur. mouēs āt obtinet. neqꝫ feruēs q̄ꝫ caliduꝫ. minor enī que in aere caliditas ea q̄ in re. quare non obtinet neqꝫ facit ꝑmutationē neqꝫ vnā Siłr aūt et qḋ mouetꝫ ⁊ fluit minꝰ putreſcit q̄ꝫ nō motum. Debilior enī fit motus q̄ ab ea q̄ in aere caliditate q̄ꝫ qui in re preexiſtit q̄ re nihil facit ꝑmutari. Eadē aūt cauſa et quare multū minus pauco putreſcit. In maiori enī amplior ē ignis ꝓprius ⁊ frigidū q̄ꝫ vt obtineāt que in circūſtante virtutes. ꝓpter qḋ mare ſꝫm partem q̄dē diuiſuꝫ cito putreſcit totū aūt nō et alie aque eodem modo Et aīalia fiunt ī his q̄ putreſcūt. ꝓpterea ꝙ ſegregata caliditas naturalis exiſtens conſtare facit ſegregata. Quid q̄dem igitꝫ eſt generatio. et q̄d corruptio dcm̄ eſt

¶ De putrefactione.

In iſta ſecūda parte primi capłi phus determinat de corruptōe oppoſita generationi ſimplici. ſcꝫ de putrefactione. Et ꝑmo definit eam Dicēs ꝙ putrefactio eſt corruptio quedam in humido ꝓprie ⁊ naturalis caliditatꝫ Et ergo ſicut calor naturalis in mixto dirigit et rectificat. ſic extranea putrefacit et corrūpit qñ vincit calorem naturalem. In ſignū cuius putrefacta poſt putrefactionē inueniuntꝫ ſicciora ꝓpter ſeparationē caliditatis ꝓprie Tūc ibi (Et in frigoribꝫ) Ponit q̄nqꝫ īpedimēta putrefactiōis Primū q2 in locis et temporibꝫ frigidis qñ eſt pauca caliditas in ambiente corpora diutius ꝯſeruātur a corruptōe. Secūdū eſt ꝙ coagulatum minꝰ putreſcit ꝓpter duritiem q̄ claudit poros ne calidū naturale exeat. et etiam ꝓpter frigiditatem que eſt coagulatio eſt maior q̄ꝫ caliditas aeris Tertiū q2 feruens calidū nō putreſcit ſicut pꝫ in galanga ⁊ pipere. precipue cū exiccantꝫ ſed ʒinʒiber cito putreſcit ꝓpter humidū admixtum. Quartuꝫ illud qḋ mouetur et fluit minus putreſcit. q2 motus vigorat caliditatem naturalem. Quintum multū minus putreſcit q̄ꝫ paucū. q2 multum magis poteſt reſiſtere calido ambienti. Et hoc debet intelligi in cōtinuis. q2 multa frumēta citius putreſcūt q̄ꝫ pauca. Tunc ibi (Et animalia) Oſtendit q̄ñ aīalia generantur ex putrefactis. q2 virtus et caliditas naturałꝭ aīalis generandi deriuata a corporibus celeſtibꝫ facit ꝯſtare ptes ab inuicē diuiſas q̄ ſunt cā multitudinis aīaliuꝫ. ſꝫ calor ī illis ptibꝫ aīalibꝫ ꝓportionatꝰ eſt cā efficiēs. finaliter epilogat dicta

Reliquum eſt aūt dicere habitas ſpēs q̄s cū q̄ꝫ dicte virtutes operantur ex ſuppoſitis nature conſtantibus iam. Eſt itaqꝫ calidi digeſtio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

digeſtionis aūt pepanſis epteſis adhuc obte
ſis frigiditatis indigeſtio. Huius autē home/
tes molinſis ſtarenſis. Oportz autē exiſtimare
nō ꝓprie hec dici nomina reb9. ſed non iacent
vniuerſaliter his que ſimiliter Quare non has
ſed tales oportz putare eſſe dictas ſpēs. Dica/
mus aūt ipſorū vnū quodqꝫ quid eſt. Digeſtio
qͦdez igit̄ eſt ꝑfectio a naturali ⁊ ꝓprio calido ex
oppoſitis paſſiuis. hec ſunt ꝓprie vnicuiqꝫ ma
teria. Cum em̄ digeſtum fuerit. ꝑfectuzqꝫ eſt ⁊
factū Et principiū ꝑfectōnis a caliditate ꝓpria
accidit. ⁊ per aliquod exteriorum auxiliuz con
ſumptum eſt. velut alimentum digeritur ⁊ per
balnea ⁊ per alia talia. Aliudqꝫ ꝓncipium que
in ipſo caliditas eſt. Finis autē his qͦdem natu
ra eſt. Natura autē quā dicimus vt ſpēm ⁊ ſub
ſtantiam. his autē in ſubiectā quādam formaz
finis eſt digeſtionis. cū tale fuerit factuz ⁊ tan
tum humidū. aut obteſim paſſuz. aut epteſim
aut putrefactuz. aut aliter qualiter calefactum.
Tunc em̄ vtile eſt ⁊ digeſtū eſſe dicimus. ſicut
muſtum ⁊ que in naſcentijs ꝯſtantia. cuz facta
fuerit quale. ⁊ lachryma cum facta fuerit lippi
tudo limus. ſimiliter aūt ⁊ alia. Accidit autem
hoc pati omnib9. cum obtineat̄ materia ⁊ hu/
miditas Hec em̄ eſt que terminat̄ ab ea que in
natura caliditate. ꝗdiu em̄ inſit ipſa rō natura
hoc eſt ꝓpter qꝺ ⁊ ſanitatis ſigna q̄ talia ⁊ vrine
ſeceſſiones ⁊ totaliter ſuꝑfluitates: et dicuntur
digeſta eſſe cum inſinuāt caliditatē propriā ob
tinere indeterminati. Neceſſe aūt digeſta groſ
ſiora ⁊ calidiora eſſe. tale em̄ efficit calidū me
lioris molis ⁊ groſſius ⁊ ſiccius. Digeſtio qui
dem igit̄ hec eſt. Indigeſtio autē impꝑfectio
ꝓpter indigentiam ꝓprie caliditatis. indigētia
aūt caliditatis frigiditas eſt. impꝑfectio aūt ē op
poſitorū paſſiuorū. Que qͦdem eſt vnicuiqꝫ na
tura materia Digeſtio qͦdē igit̄ ⁊ indigeſtio ter
minetur hoc modo.

¶ Iſtud eſt ſecūdū capl'm huius tractat9. in quo phs
determinat de opatōib9 earūdē qualitatū. que eſſe rei ꝯſti
tutū ꝯſequūtur. ſcꝫ de digeſtione ⁊ indigeſtione ⁊ ſpēb9 ea
rū. Et diuidit̄ in duas ptes In pͥma determinat de illis
ſm ſe. Et in ſecūda determinat de ſpēb9 illaꝝ ibi (Pepā
ſis autem) In pͥma parte multa facit ꝑ ordinē. ꝓncipali
ter tn̄ definit digeſtionē ⁊ indigeſtionē Eſt em̄ digeſtio ꝑfe
ctio qͦdā a naturali ⁊ ꝓprio calido ex oppoſit9 paſſiuis Eſt
āt ſenſus definitōis ꝙ digeſtio eſt ꝑfectio. id eſt trāſmuta
tio ducēs ad eſſe ꝑfectū effectiue cauſata a calore naturali
et ꝓprio qui agit in virtute alicui9 forme ſubſtātialis. ⁊ eſt
temperatus ꝑ oppoſitū. ſcꝫ frigus in paſſiuo. id eſt in ma
teria. Et iſtam definitōem phus manifeſtat quadrupli/
citer. Primo oſtendit ꝙ digeſtio ſit perfectio. Secūdo ꝙ
hꝫ eſſe a calore naturali. ibi (Et ꝓncipiū) Tercio manife
ſtat qͦs ſit finis eius. ibi. (Finis autē). Quarto oſtēdit
ꝙ habet eſſe ex oppoſitis paſſiuis qualitatib9. ibi (Accidit
autez) Et finaliter oſtendit qualia debent eſſe digeſta. ibi.
(Neceſſe aūt. que oīa ſunt clara ex littera. ¶ Tunc
ibi (Indigeſtio aūt) Definit indigeſtionē Dicens ꝙ eſt
impꝑfectio ꝓpter indigentiā ꝓprie ⁊ naturalis caliditatis in
oppoſitis paſſiuis. Et eſt iſta indigentia ꝓpter impedimē
tum frigiditatis. etiā indigeſtio eſt ꝓncipaliter a frigidita/
te. ¶ Et eſt notandū ꝙ ſicut in definitōe digeſtionis po/
nitur perfectio loco generis. ⁊ caliditas ꝓpria vt efficiens
et humiditas vt materia. Ita ſimiliter hic imperfectio eſt
genus. qꝛ indigeſtio eſt via ad hoc vt humidū digerenduz
reddat̄ imperfectum ⁊ inutile vt vniatur alicui nature. ſꝫ
frigiditas impediens calidum eſt efficiens. Eſt tamē ve
rum ꝙ vtrūqꝫ operatur. ſed calidum impeditur ne exple
at ſuam operatōem. ⁊ omnia paſſiua ponūtur vt materia
qꝛ ꝯtrariorum eadez eſt materia. Sed ꝙ non aſſignat ali
quem finem indigeſtionis ratio eſt. qꝛ indigeſtio habet rō/
nem imperfecti. finis vero hꝫ rōnem boni ⁊ ꝑfecti.

Pepanſis aūt ⁊ digeſtio quedā. digeſtio em̄
elemēti in pericarpijs pepāſis dꝛ. Qm̄ aūt dige
ſtio ꝑfectio. tūc pepāſis ꝑfecta eſt. qn̄ ſemina q̄
in pericarpio poſſint efficere tale alteruz quale
ipm. Et em̄ in alijs ꝑfectū ſic dicimus pericar
pij qͦdem igit̄ hec pepāſis. q̄ a naturali calido.
dicunt̄ aūt pepāſa ⁊ alia multa digeſtoruz ſm
eādem qͦdē ſpēm. metaphoris autē ꝓpterea qꝺ
nō iacent ſicut dictū eſt ⁊ ꝓus noīa ſm vnāquā
qꝫ ꝑfectōem circa ea q̄ termināntur a naturali ca
liditate ⁊ frigiditate. Eſt aūt que naſcentiarū ⁊
flegmaticis ⁊ taliū pepāſis que a naturali cali
do digeſtio exiſtētis humidi. Impoſſibile em̄
terminare nō obtinēs. Ex ſpumoſis qͦdem igit̄
aquoſa: ex talib9 aūt que terreſtria ꝯſiſtunt ⁊ ex
ſubtilib9 ſemꝑ groſſiora fiunt pepanſim paſſa
oīa. Et hec qͦdem in ipſam natura ducit ſm
hoc. hec aūt em̄ inijcit pepāſis igit̄ dictū eſt qͦd
eſt. Hometes aūt eſt cōtrariū. Cōtrariū aūt
pepāſi indigeſtio alimēti in pericarpio. Hec au
tem eſt interminata humiditas. ꝓpter qꝺ aut
ſpumoſa. aut aquoſa. aut eorū q̄ ex ambob9 eſt
eſt Qm̄ aūt pepanſis ꝑfectio quedā eſt: home/
tes impꝑfectio erit. Fit aūt impꝑfectio ꝓpter indi
gentiā naturalis calidi ⁊ incōmenſuratōem ad
humidū qꝺ pepanſim patit̄. nullū aūt humi/
dum ipſum ſm ſe pepanſim. patitur ſine ſic/
co. aqua em̄ nō ingroſſatur ſola humidorum.
Accidit autem aut eo ꝙ calidum ſit paucum.
aut quia quod terminatur multuz. propter qꝺ
et ſubtiles humores eorum que homo ſunt et

frigidi magis ꝙ̃ calidi ꝛ ineſibiles ꝛ im̄potabiles. Dicitur ꝛ bometes ſicut ꝛ pepãſis multis modis vnde ꝛ vrine ꝛ ſeceſſiones ꝛ cacom bonÿ dicũtur propter eandem cauſaꝫ. ea em̄ ꝙ nõ ſunt obtenta a caliditate. Neqꝫ conſtat bomo om̄ia appellãtur. longe autẽ procedentibꝯ ꝛ later bomus. ꝛ lac bomũ ꝛ alia multa dicũtur. ſi poſſibilia ꝑmutari ꝛ cõſtaria caliditate nõ paſſa ſint. propter qđ aqua epteſim paſſa dicit̃. bomo autem non. quia non ingroſſatur. pepanſis quidẽ igitur ꝛ bometes dictũ eſt quid eſt ꝛ propter quid vtrumqꝫ ipſorũ eſt.

## ¶ De Pepanſi ꝛ Homete

¶ Iſta eſt ſecũda pars huius capituli. in qua phus determinat de ſpeciebꝯ digeſtionis ꝛ indigeſtionis. Et primo de pepanſi ꝛ homete ſibi oppoſita. Eſt em̄ pepanſis digeſtio in pericarpÿs. id eſt in plantis fructiferis. vel in illo cortice qđ cooperit fructũ. ꝛ tunc eſt perfecta quando ſemina in pericarpÿs poſſunt facere tale quale ipſa ſunt. Addit tamen phs ꝙ multa alia dicũtur pepanſim paſſa metaphorice. ſicut patꝫ in naſcentÿs. id eſt in paruis apoſtematibꝯ ꝛ flegmatibꝯ Et fit pepanſis ex aliquibꝯ ſpumoſis ꝯuerſis in ſpiſſum ꝛ terreũ per actõem caloris adducẽtem a materia humiditatẽ. Sed illa que ducit ad ſpeciem dicitur pepanſis ꝓprie. ſed illa que ſolum digerit ꝛ preparat vt eÿciantur inutilia dicitur pepanſis metaphorice

¶ Deinde ibi (Homeres autem) Determinat de homete oppoſita pepanſi. Et dicit ꝙ eſt indigeſtio in pericarpio. vt quando ſemina nõ poſſunt efficere tale quale ipſa ſunt. Et habet fieri circa humidũ interminatum. qꝛ illa que patiũtur hometem ſunt ſpumoſa aut aquoſa vel mixta ex his Et accidit hometes quando calidum eſt paucum ꝛ humidũ multum. ꝛ ergo que patiũtur hometeꝫ ſiꝫ magis ſubtilia ꝙ̃ groſſa. ꝛ ſimiliter ſunt magis frigida ꝓpter defectum caloris. Et ſicut pepanſis dicit̃ quandoqꝫ metaphorice. ita ſimiliter hometes. qꝛ vrine ſeceſſiones ꝛ catarri (id ẽ reuma fluens) dicũtur hometes metaphorice. Sed lac magis remote eſt hometes ꝙ̃ vrina eſt. qꝛ in lacte ſm Auicennam ſunt tres ſubſtantie. ſcꝫ ſerum. caſeꝰ et butirũ. Finaliter recapitulat. vt in littera patꝫ

Epteſis autẽ ſm totuꝫ quidem digeſtio a caliditate humida inexiſtentis interminati in humido. Dicitur aũt nomen ſolũ in elixatis. hoc autem vtiqꝫ erit ſicut dictum eſt ſpumoſuꝫ aut aquoſum: Digeſtio autem fit ab eo qui in humido igne. que em̄ in frixuris aſſant̃ ab extrinſeco em̄ calido patiũtur. In quo autẽ eſt humido facit illud magis ſiccum in ipſum aſſumẽs quod autem elixatur contrarium facit: Segregatur em̄ ex hoc ipſo humiduꝫ a caliditate que in extrinſeco humido. propter quod ſicciora ꝙ̃ epteſim paſſa ſunt ꝙ̃ aſſa. non em̄ attrahunt in ſeipſa humidum que epteſim patiuntur. preualet em̄ que de foris caliditas ei que intus. Si autem vinceret que intus traheret vtiqꝫ in ſeipſam. Eſt autem non omne corpus epteſim paſſibile. neqꝫ in hoc nullum eſt humidum velut in lapidibus. neqꝫ in quibus ĩeſt quidẽ. ſed impoſſibile obtineri propter ſpiſſitudinem velut in lignis. ſed quecũqꝫ corporum habent humiditatem paſſibilem ab ea que in humido ignitione. Dicitur autem ꝛ aurum epteſim pati ꝛ lignum ꝛ multa alia. ſm ſpeciem quidem nõ eandem: metaphorice autem Non em̄ iacet nomẽ differentÿs ꝛ humida autem epteſim pati dicimus. velut lac ꝛ muſtum. cum qui in humido humor in ſpeciem aliquam permutatur ab eo ꝙ in circuitu ꝛ deforis igne calefaciente. Quare modo quodaꝫ ſimile dicte epteſi facit. finis autem non idem omnibus. neqꝫ elixatis. neqꝫ digeſtis. ſed his quidem ad eſum. his autem ad ſorbitionem. his vero ad aliam oportunitateꝫ. quoniam ꝛ farmaca elixari dicimus. Quare ꝙ cunqꝫ groſſiora poſſunt fieri. aut minora. aut grauiora. aut hec quidem ipſoruꝫ talia: hec autem contraria propter id qđ diſgregata. hec ꝙ dem ingroſſari. hec autem ſubtiliari. ſicut lac in ſerum ꝛ coagulatum. omnia elixabilia ſunt Oleum autem non elixabitur ipſum ſm ſeipſum. quia horum nullum patitur. ſm epteſim quidẽ igitur dicta digeſtio hec eſt. ꝛ nihil differt in organis artificialibus et naturalibus ſi quid fiat. propter eandem cauſam omnia erũt

¶ Molinſis aũt indigeſtio quidem. contraria autem epteſim. Erit autem vtiqꝫ contraria ꝑma dicta indigeſtio eius qđ in corpore interminati. propter defectum caliditatis que in humido quod in circuitu. Defectus autem cum frigiditate quid eſt dictum eſt: Fit autem aut propter motum animalium. expellitur em̄ digerẽs et defectus autem aut propter multitudinem frigiditatis in humido. aut propter multitudinem in epteſim patiente. Tũc em̄ accidit eam que in humido caliditatem ampliorem quidem eſſe ꝙ̃ vt non moueat. minorem autem ꝙ̃ vt regulet ꝛ contingeret. propter quod duriora quidem que molinſim patiuntur fiunt ꝙ̃ epteſim paſſa. Humida autem determinata magis. Epteſis autem ꝛ quidem igitur ꝛ molinſis dictum eſt. ꝛ quid eſt. et propter quid eſt.

¶ Epteſis autem eſt digeſtio a caliditate ſicca

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

et aliena. propter qđ ⁊ ſi quis eptesim exercēs
facit permutari ⁊ digeri nō ab humidi calidi/
tate. ſed ab ea que ignis. cum ꝯſummatuz fue/
rit aſſum fit ⁊ nō elixatum: ⁊ exceſſu aduſtum eē
dicit̄: Aſicca aūt caliditate fit cū citius fiat con
ſummatū. ꝑpter qđ ⁊ exteriora ſicciora interio/
rib⁹. elixata autē ꝯtrarium. Et opus eſt manu
artificiū magis aſſare q̄z lixare. Difficile eñ ex
teriora ⁊ iteriora regulariter calefacere Sēper
eñ propinquiora igni deſiccant̄ citius. quare
et magis ꝯcluſus igni exteriorib⁹ poris nō po
teſt ſegregari intus exiſtens humidū. ſed inclu
ditur cū pori recluſi fuerūt. opteſis quidē ⁊ ep/
teſis fiunt q̄dem arte. ſunt autē ſicut dicim⁹ ſpe
cies naturaliter eedē ⁊ natura: ſimiles eñ que
fiunt paſſiones. ſed innominate. Jmitatur eñ
ars naturā. quoniam ⁊ elemēti in corpore dige
ſtio. ſimilis epteſi eſt etem̄ in humido ⁊ calido
a caliditate corporis fit ⁊ indigeſtio ſilis molin
ſis. ⁊ animal nō fit in ipſa digeſtione ſicut qui
dam aūt. ſed in ſegregatōe putrefacta in inferi
ori ventre. deinde aſcēdit ſurſuz. digeſtū eſt eñ
in ſuperiori ventre. putreſcit aūt in inferiori ſe
gregatum. propter quā aūt cauſam dictū eſt in
alteris. Molinſis quidē igit̄ epteſi contrariuz.
ei aūt que vt opteſi dicte digeſtioni. eſt quidem
aliquid oppoſitum ſimiliter. minus aūt anima
tum. erit aūt vtiq̄z ſi fiat ſtatenſis. ſed non op/
teſis. propter defectuz caliditatis que accidet
vtiq̄z aut propter paucitatem exterioris ignis.
aut ꝑpter multitudinē aque que in eo qđ opte/
ſim patitur. tūc eñ plus quidez eſt q̄z vt nō mo
ueat. minor aūt q̄z vt digeret. Quid quidē igit̄
eſt digeſtio ⁊ indigeſtio. ⁊ pepanſis ⁊ hometes
et epteſis ⁊ opteſis. ⁊ ꝯtraria his dictū eſt

### ¶ De Epteſi et Molinſi

¶ Hic ſecūdo determinat de epteſi ⁊ molinſi. Et p̄
mo ponit diuiſionē epteſis ſm̄ totum Et dicit q̄ ſint illa
que ſunt equaliter vndiq̄z digeſta vel epteſis ſm̄ totū. id
eſt in vniuerſali eſt digeſtio a caliditate humidi aliorum
interminati exiſtentis in humido. Et p̄ncipaliter cōuenit
elixatis tanq̄z nobis magis notus. Eſt aūt indetermina
tum humidū aliquod ſpumoſum aut aquoſum qđ dige/
ritur per caliditatem humidi. ſicut p̄z quādo carnes de/
coquūtur per aſſaturā calidam. Ex quo infert q̄ corpora
nullam habentia humiditatē nullam patiūtur epteſim. vt
lapides. ⁊ ſimiliter illa que habent humiditatē nimis ſpiſ/
ſam que nō poteſt vinci a caliditate. ſicut in lignis nō pa
tiūtur epteſim. Subdit tamen phus q̄ aurum ⁊ oīne me
tallū ⁊ ſimiliter quedā ligna patiūtur epteſim metapho
rice. ⁊ ſimiliter fluida. ſicut lac ⁊ muſtū. quia lac ꝑ calidū
fit ſpiſſum. ⁊ muſtum fit rarius. Subiūgit etiā q̄ non ſit
idem finis omniū elixatoꝝ ſeu que patiūtur epteſim. Jlla
tamē vniuerſaliter patiūtur epteſim que pñt fieri groſſio/
ra aut minora aut grauiora. Finaliter remouet dubium
et recipitulat ¶ Tūc ibi (Molinſis autē) Oſtendit de
molinſi Dicens q̄ eſt indigeſtio eius indeterminati qđ ē
in corpore ꝑpter defectum caliditatis in circuitu. Et ibi in
digeſtio ponitur vt genus. indeterminatū vt materia. et
defectus caliditatis. vt cauſa efficiens. vt ꝯſequenter de/
clarat in textu inferendo quedā correlaria ad remouēdū
quaſdam dubitationes

### ¶ Secūdus tractatus

Aſſiuorum aūt humidi ⁊ ſicci dicēdū
ſpēs. ſunt autē principia quidē corpo/
rum paſſiua humidū ⁊ ſiccum. alia au
tem mixta quidē ex his. Cuiuſcūq̄z autē magis
huius magis ſm̄ naturā ſunt. puta hec quidez
ſicci magis. hec aūt humidi. oīa aūt hec q̄dē
actu erant. hec aūt in oppoſitū. Habet aūt ſic
liquatio ad liquabile: q̄m aūt eſt humidū termi
nabile. ſiccū aūt difficile terminabile ſimile ali
quid pulmēto ⁊ ꝯdimētis ad inuicē patiuntur
Humidum eñ ſicco cauſa terminati ⁊ vtrūq̄z
vtriq̄z velut colla fit. ſicut ⁊ Empedocles fecit
in phyſis farinā aq̄ ꝯglutinans. ⁊ ꝑpter hoc ex
ambob⁹ eſt terminatū corpus Dicūt̄ aūt elemē
torū ꝓpriſſime ſicci q̄dē terra. humidi autē aq̄
ꝑpter hec oīa termiata corpa hic nō ſine ter
ra ⁊ aqua: Cuiuſcūq̄z aūt plus ſm̄ potētiā hu/
ius vnūq̄dq̄z videt̄ ⁊ in terra ⁊ in aqua aīalia ſo
lum ſunt. in aere aūt ⁊ in igne nō ſunt. q̄r corpo
rum materia hec. corporaliū autem paſſionuz
has primas neceē exiſtere termiato duriciē aut
molliciē. neceſſe igit̄ qđ ex humido ⁊ ſicco aut
durum eſſe aut molle. Eſt aūt durū q̄dē qđ nō
cedit in ſeipſum ſm̄ ſupficiē. molle aūt quod ce
dit non ecōtra circūſtādo. aqua eñ nō mollis
nō incedit impſſioni ſupficies in profundum.
ſed econtra circūſtat. Simplr̄ q̄dem igit̄ durū
aut molle quod ſimplr̄ tale. ad alterum autē qđ
ad illud tale ad inuicē. q̄dem igit̄ indetermina
ta ſunt ꝑ magis ⁊ min⁹. q̄m autē ad ſenſum oīa
iudicamus ſenſibilia. palaz qđ ⁊ durū ⁊ molle
ſimplr̄ ad tactū determinauimus tanq̄z medie
tate vtentes tactu. ꝑpter qđ excedēs q̄dē ipm
durū. deficiens aūt molle eſſe dicimus ¶ Ne/
ceſſe aūt durū aut molle eſſe terminatū corpus
ꝓprio termino. aut eñ intercedere aut nō ad/
huc coagulatuz eſſe. hoc eñ terminatur. Qua
re quoniā omne q̄dem terminatū ⁊ ꝯſtans aut



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

molle aut durũ. hec aũt coagulatio ſunt. oĩa vtiqꝫ erũt corpora ꝯpoſita ⁊ terminata nõ ſine coagulatõe. De coagulatõe igr̃ dõm. Sũt itaqꝫ cauſe que ſecus materiã due faciẽs ⁊ paſſio. faciens ꝙdẽ igr̃ vt vnde motus. paſſio autem ⁊ vnde ſpẽs. Quare ⁊ coagulatõis ⁊ diffuſionis ⁊ eius quod exiccari ⁊ humectari. Facit aũt faciens duabꝫ virtutibꝫ ⁊ patr̃ paſſionibꝫ duabꝫ. ſicut dictũ eſt. facit quidẽ calido et frigido. Paſſio aũt aut preſentia aut abſentia calidi aut frigidi. qm̃ aũt coagulari exiccari aliquo modo eſt. De hoc dicamus ꝑmo. Patiẽs itaqꝫ aut humidũ. aut ſiccũ. aut ex his poſita aut humidi corpus aquã. ſicci aũt terram. hec em̃ humidoꝝ ⁊ ſiccorũ paſſiua. ꝓpter quod et frigidũ. paſſiuorũ em̃ magis in his eſt. Etem̃ terra ⁊ aqua frigida ſupponũtur. factiuũ autẽ frigidũ vt corruptiuũ. aut ſꝫm accñs. ſicut dictum eſt ꝑus. Aliqñ em̃ ⁊ ꝯburere dr̃ ⁊ calefacere frigidũ. nõ vt calidũ. ſed inſimul ducẽdo aut in ꝯtrariũ circũſtare calidũ. deſiccãtur aũt quecũqꝫ ſunt aqua ⁊ aque ſpẽs. aut hñt aquã ſiue ſupinductã ſiue cõnaturalẽ. Dico aũt ſupinductã ꝙdem velut in lana. Cõnaturalẽ autẽ velut in lacte. aque aũt ſpẽs que ⁊ alia vinũ vrina ſerum ⁊ totaliter quecũqꝫ nullã aut paruã habẽt hipoſtaſim nõ ꝓpter viſcoſitatẽ. quibuſdã em̃ cã nõ ſubſtãdi aliquid viſcoſitas. ſicut oleo aut pici. deſiccãtur aũt oĩa. aut calefacta aut frigefacta. ambo aũt calido ⁊ ab interiori caliditate aut exteriori. Etem̃ que infrigidatiõe ſiccãtur. ſicut veſtimentũ ſi fuerit ſeparatũ ipm ſꝫm ſeipſum humidũ ab interiori calido ſimul euaporare faciente humidũ deſiccar̃. ſi paucũ fuerit humidũ exeũte caliditate a circũſtante frigido. Deſiccãtur ꝙdẽ igr̃ ſicut dictum eſt omnia aut calefacta. aut frigefacta. ⁊ omnia calido aut interiori aut exteriori coeducente humidum. Dico autem extra quidem ſicut que elixantur intra aũt qñ ablato a caliditate quã habꝫ conſũptũ fuerit expirãte. De deſiccari ꝙdẽ igr̃ dictũ eſt. Humectari aũt eſt vnũ ꝙdẽ aquã fieri ꝯſtantẽ. vnũ aũt liqͣfieri coagulatã. horũ autẽ ꝯſtat ꝙdẽ frigefactus ſpũs. De liquefactõe aũt ſimul ⁊ de coagulatõe erit palã.

¶De duro. molli. exiccatione: ⁊ humectatõe.

¶Iſte eſt ſecũdus tractatus hui⁹ quarti libri. in quo ph̃us determinat de paſſionibꝫ qualitatũ paſſiuaꝝ. ſcꝫ humidi ⁊ ſicci. Et dicũtur paſſiue. qꝛ ſunt ꝑncipia omnium paſſionũ. ita ꝙ oĩa mixta ꝗ patiũtur. patiũtur ꝑ iſtorũ naturã. vt inquit cõmentator. ſed tñ denoĩantur ſolũ ab illo in quo magis abũdant. qꝛ alterũ ſine altero nõ ꝯſtat. Et ergo oĩa corpora terminata que ſunt hic apud nos habent fieri ex terra que eſt ſicca. ⁊ aqua cui ꝓprie conuenit humiditas. In ſignũ cuius animalia aut manent in terra aut in aqua. Et habet iſte tractatus vnũ capitulũ. qđ diuiditur in tres partes ꝑncipales. In ꝑma determinat de quibuſdã quorũ notitia ꝑrequiritur. ſcꝫ de duricie ⁊ mollicie. qꝛ illud quod fit ex humido ⁊ ſicco eſt durũ vel molle. Eſt em̃ durũ qđ non cedit pellenti in ꝓfundum. vt ligna. Sed molle eſt quod cedit pellenti ſꝫm ſuperficiem. Deinde etiam determinat de exiccatõe ⁊ humectatõe. qꝛ coagulatio eſt quedam exiccatio. ⁊ liquefactio eſt ꝙdam humectatio. Dicit ergo ꝙ ſolum illa exiccanr̃ que ſunt aqua aut aque ſpẽs. a quibꝫ aliqua pars humidi extrahir̃. ⁊ reſiduũ magis manet ſiccũ. ſicut ſunt vinũ ſerum ⁊ lac. vel huiuſmodi. que oĩa exiccanr̃ aut per frigiditatem aut per caliditatẽ. Sed tũc aliquid humectatur qñ habet ꝯſiſtentiam ⁊ tranſmutar̃ in aquam. ſicut ꝑꝫ de niue. vel quãdo aliquid coagulatum liquefit

¶Coagulãr̃ aũt quecũqꝫ coagulanr̃ aut aq̃ exiſtentia: aut terre ⁊ aq̃. ⁊ hoc aut frigido aut calido aut ſicco. ꝓpter qđ ⁊ ſoluũtur ꝯtrarijs q̃cũqꝫ ſoluũr̃ a calido coagulatoꝝ aut a frigido. Que quidem em̃ a ſicco calido coagulata ſunt ab aqua ſoluũtur ꝗ eſt humida Coagulari aũt ꝙdã vtiqꝫ putabunr̃ ab aq̃. vt mel elixatũ. coagulatur autem non ab aqua. ſed ab eo qđ in ipſo frigido.

De coagulatõe.

¶Iſta eſt ſecũda pars huius capituli. in qua ph̃us determinat de coagulatiõe ⁊ liquefactione ſimul in generali ⁊ in ſpeciali. Et etiã determinat de ingroſſatione ꝑ comparationem ad coagulatõem. et cum hoc reddit cauſam quare quedã coagulata ſoluũtur ⁊ ꝙdam non. Et ſꝫm hoc poſſet iſta pars ſubdiuidi in quatuor partes. Secunda tangr̃ ibi (Quecũqꝫ ꝙdem igr̃) Tercia ibi (Ingroſſar̃ quidem) Quarta ibi (Adhuc aũt) Dicit ergo ꝑmo ꝙ illa coagulãtur ꝗ ſunt aqua ⁊ que ſunt de natura aque et terre. Dicit autem (aque) ad remouendũ purã aquã Et fit coagulatio a calido aut frigido ⁊ ſicco cum altero permixto. ſicut ſal coagulatur a calido ⁊ ſicco. ſed metalla coagulantur a frigido ⁊ ſicco. In ſignũ cuius ſal ſoluitur a frigido ⁊ metallum a calido qꝛ ſoluũtur a ꝯtrarijs eorum per que coagulantur. ſed ꝙ mel coagulatur quãdo funditur ad aquam hoc facit aqua virtute frigiditatis nõ humiditatis.

¶Quecũqꝫ quidẽ igr̃ ſunt aque nõ coagulantur ab igne. Soluũtur em̃ ab igne. idẽ autem eidem ꝑ ſe nõ erit cauſa ꝯtrarij In abſcedẽdo aũt calidum coagular̃. Quare palam ꝙ in egrediendo ſoluer̃. quare faciẽte frigido coagu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

latur. ꝓpter quod ⁊ nō ingroſſantur om̄ia talia coagulata. Ingroſſatio em̄ humido quidē abeunte fit. ſicco aūt ꝯſtante. aqua aūt humidorū nō ingroſſat̄ ſola. Quecūqꝫ aūt ꝯmunia terre ⁊ aque et ab igne coagulantur et a frigido Ingroſſantur aūt ab ambobus. Eſt ꝗdem vt eodem modo eſt aūt vt aliter a calido quidē humidum educente Euaporante em̄ humido ingroſſatur ſiccum et cōſtat A frigido aūt calidū exprimēte cū quo humidū ſimul recedit coeuaporans. Quecūqꝫ quidem igitur mollia. ſed nō humida non ingroſſantur ſed coagulantur exeunte humido velut aſſatus later. Quecunqꝫ autem humida mixtorū et ingroſſantur velut lac. Multa autem et humectantur primo quecunqꝫ aut groſſa aut frigida pre extiterunt entia queādmodū et later p̄mo dū aſſat̄ vaporat et mollior fit. ꝓpter qđ et ꝯuertitur in caminis. Quecūqꝫ quidē igitur a frigido coagulant̄ cōmuniū terre et aque plus aūt habentium terre que in calidū egrediendo coagulant̄. hec lique fiunt calido ingrediēte iterū calido velut lutū cum cōgelatum fuerit. Quecunqꝫ autem propter infrigidatōnem et calido ſimul educto om̄i hec inſolubilia ſunt nō ſuperabundanti caliditate ſed mollificant̄ velut ferrū et cornu Liqueſcit aūt elaboratū ferrū vt humidū fiat. ⁊ iterū coagulat̄ ⁊ calibes rarefaciūt ſic Subſidet em̄ ſubtus et purificatur ſcoria. Cum autē ſepe patiatur ⁊ purum fiat hoc calibs fit. Non faciunt autē ſepe ipſum propter abſentiam fieri multā et pondus minus purificari. Eſt autē melius ferrū qđ habet minorē purificationē Liqueſcit autē et lapis. Pyrimacus vt ſtillet et fluat. qđ autem coagulatur cū fluxerit iterū fit durum et molle liquant̄ vt fluant. Fluens autē coagulatum colore quidem nigrum. ſimile autem fit calci liqueſcit aūt et lutum ⁊ terra. Quecunqꝫ aūt a ſicco calido coagulantur. Hec quidem inſolubilia. hec autem ſoluuntur humido later quidem igitur ⁊ lapidum quorūdam genera quecunqꝫ ab igne terra cōbuſta fuerit velut molares in ſolubilia. vitrum autem et ſales ſolubilia humido non om̄i autem ſed frigido propter qđ aque et quecunqꝫ aque ſpecies liqueſcunt Oleo autem non liqueſcunt ſicco em̄ calido contrarium frigidum humidum. ſi igitur coagulauit alterum alterum ſoluit. Sic em̄ contraria erūt cauſe contrariorum

Hic ꝯſequenter plus determinat de coagulatiōe in ſpeciali Dicens primo ꝙ aquoſa non coagulant̄ ad ignē qꝫ ſoluuntur ab igne. ſed coagulant̄ a frigido. cōia aūt aq̄ et terre coagulant̄ ab vtroqꝫ ſcꝫ a calido et frigido. ſꝫ aliter tamē et aliter et etiam diuerſimode ſoluunt̄. Et ſubdit ꝙ ferrū ſepe liquefactū et iterū coagulatum poteſt fieri calibs ſꝫ tūc parū manet de pondere ferri. Tunc cōſequenter oſtendit de diuerſis q̄uo liqueſcūt et iterū coagulant̄ et facit ibi mētionē de quodam lapide qui dicitur apud grecos Pyrimacꝰ Et eodē modo dicit ꝙ mole vl̄ mule. id eſt lapides molares vel dentes molares liqueſcunt et fluunt. et ſimiliter liqueſcunt lutum et terra Et inter illa que coagulant̄ eſt differentia. qꝫ ꝗdā ſunt ſolubilia et ꝗdā inſolubilia.

¶Ingroſſantur quidem igitur ab igne ſolum quecunqꝫ aque plus habent q̄ꝫ terre. Coagulantur autem quecunqꝫ terre propter quod et vitrū et ſales terre ſunt magis et lapis et later maxime autem dubia habet olei natura. Siq̄dem em̄ aque oportebat coagulari a frigido. vt glacies. ſi autem terre plus ab igne vt later Nunc autem coagulatur quidem a neutro ingroſſatur autem ab ambobus. cauſa autem eſt quia plenum eſt aere propter quod et in aqua ſupernatat. Etem̄ aer fertur ſurſum Frigidum quidem igitur in exiſtēte ſpiritu aquam faciēs ingroſſat. ſemper em̄ cum mixta fuerint oleum et aqua ambobus fit groſſius. ab igne autem et tempore ingroſſatur et albeſcit. Albeſcit quidem euaporante aqua ſi qua in ea erat. Ingroſſatur autem propterea qđ marceſcente calido ex aere fit aqua vtroqꝫ em̄ quidem igitur in quibus eadem fit paſſio et propter idem. ſed non eodem modo. Ingroſſatur quidem igitur ab ambobus. deſiccatur autem a neutro. Neqꝫ enim ſol neqꝫ frigus deſiccat non ſolum autem quia viſcoſum. ſed et quia aeris eſt Non autem deſiccatur aqua et neqꝫ exiccata elixatur ab igne. quia non vaporat propter viſcoſitatem. Quecunqꝫ autem mixta aque et terre ſm̄ pluralitatem vtriuſqꝫ dignum dici. vinū em̄ quoddam et coagulatur et epteſim patitur velut muſtum. Abſcedit autem ab omnibus his talibus dum deſiccatur aqua. Signum autem ꝙ aqua. vapor enim conſtat in aquam ſi quis velit colligere. Quare quibuſcūqꝫ relinquitur aliquid hoc terre.

¶Quedam autem horum et a frigido ſicut dictum eſt ingroſſantur et deſiccantur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Frigidum em̄ non ſolum coagulat ſed exiccat quidem aquā. ingroſſat autē aerē aquaꝫ faciēs Coagulatio autem dicta eſt quedam exiccatio exiſtens Quecūqꝫ quidē igitur non ingroſſantur a frigido ſed coagulantur aque ſunt magis velud vinum vrina acetum et lixiuium et ſeruꝫ Quecūqꝫ ingroſſantur nō euaporātia ab igne. Hec quidē terre. hec aūt cōmunia aque ꝛ aeris mel q̄dē terre. oleū aūt aeris Sūt āt he lac ꝛ ſanguis amborū q̄dē cōmunia et aque et terre magis āt que multa terre queādmodū et ex q̄buſcunqꝫ humidis. vitrū fit. et ſales et lapides āt ex quibuſdā ꝯſtat talibꝫ ꝓpter qđ et ſi nō ſeparet ſerū et exuriꝫ ab igne decoctū Qđ aūt terreſtre ꝯſtat et coagulo ſi aliqualiter decoquit q̄s ſicut medici coagulū imponentes. ſic aūt ſepaꝫ ſerū et caſeus Separatū aūt ſerū non adhuc ingroſſatur ſed exuriꝫ ſicut aqua. Si āt aliq̄d lac non habeat caſeū aut paucū. hoc āt magis aq̄. et incſibile et ſanguis aūt ſimiliter. Coagulaꝫ em̄ eo ꝙ deſiccetꝫ et infrigidetꝫ Quicūqꝫ aūt nō coagulanꝫ velut qui terui tales aque magis et frigidi: hi ꝓpter qđ et ſi habet vias. In eis em̄ ſunt terre et ſolidū quare et extractis nō coagulatur. hoc āt eſt ꝙ nō deſiccatur aqua em̄ quo relinquiꝫ. vt lac caſeo ablato Signū autē languoroſi em̄ ſanguines nolunt coagulari velutī cor. neqꝫ hoc aūt flegma et aqua ꝓpter indigeſtum eſſe et in ſuꝑatum a natura.

Ingoſſatio.

Hic ꝯſequēter determinat de ingroſſatione ꝑ ꝯparationē ad coagulatōem et tria facit. q2 primo manifeſtat q̄ ingroſſanꝫ a calido. ſcđo q̄ a frigido. ꝛ tertio aſſignat cām quorūdā dictoꝝ Dicit ḡ primo ꝙ illa ſolū ingroſſanꝫ ab igne que plus habēt de aqua q̄ꝫ de terra. ſꝫ illa etiā coagulanꝫ q̄ plus hn̄t de terra. ſicut ſunt vitrū ſales ꝛ q̄daꝫ lapides. ſed ꝙ oleū non coagulaꝫ a calido aut frigido iđ eſt q2 eſt nature aeree. in ſignū cuius ſuꝑnatat aque. ſed tn̄ ingroſſaꝫ a frigido a q̄ etiā in aquā ꝯuertiꝫ. ſil'r etiā ingroſſaꝫ ab igne ſm modū in littera expreſſum. Tūc ibi ibi (q̄dā aūt) Oſtendit q̄ ingroſſanꝫ a frigido et ſil'r q̄ ingroſſanꝫ et coagulanꝫ ſil'. Et etiam oſtendit cām aliq̄rū quare ſcꝫ lac et ſanguis cogulantur.

Aduc āt hec q̄dē ſolubilia ſunt velut vitruꝫ hec aūt inſolubilia velut later et lapis Et horū eq̄dē mollificabilia velut cornu. hec āt nō mollificabilia. velut later et lapis cā aūt. q2 ꝯtraria ꝯtrariorū cauſe. Quare ſi coagulātur duobus frigido et ſicco neceſſe ſoluiꝫ calido ꝛ humido ꝓpter qđ igne et aqua Hec em̄ ꝯtraria aq̄ q̄cūqꝫ ſolo igne Ingne aūt q̄cūqꝫ frigido ſolo q̄ re ſi a duobꝫ accidat coagulari Hec inſolubilia maxime fiūt aūt talia q̄cūqꝫ calefacta deinde frigido coagulanꝫ. Accidit em̄ cū calidū exudauerit egrediens plurimū humidū cōprimi iterū a frigido. vt nō humido det penetratiōem ꝛ ꝓpter hoc neqꝫ calidū ſoluit. q̄cūqꝫ em̄ a frigido coagulanꝫ ſolo. hec ſoluit neqꝫ ab aqua. Quecunqꝫ em̄ a frigido coagulanꝫ non ſoluit ſed q̄cūqꝫ a calido ſicco ſolū Ferrū aūt liq̄factū a calido frigefactum coagulaꝫ. Ligna aū ſunt terre et aeris ꝓpter qđ vſtibilia ꝛ nō liquabilia Neqꝫ mollificabilia et in aqua ſuꝑnatāt ꝑter hebenū hec aūt nō Alia q̄dē em̄ aeris habent plus Ex hebeno autē niger euaporaꝫ aer. ꝛ eſt plus in ipſa terre later āt terre ſolū: ꝓpter qđ deſiccatꝰ coagulatur. ſm modicū neqꝫ em̄ aqua introiuitꝰ habꝫ ꝑ que modicū ſolū ſpūs exiuit. neqꝫ ignis coagulauit ei ip̄e Quid q̄dē igiꝫ eſt coagulatio et liq̄factio ꝛ ꝓpter q̄d ꝛ q̄bꝫ eſt dictū eſt

Differentia coagulatorū

Hic conſequenter ph̄us reddit cām quare quedā coagulata ſoluātur et quedā nō. Et đt ꝙ quedā coagulatorū ſoluunꝫ ſicut vitrū et ſales. et q̄dā nō. ſicut lapis et later Et inꝫ illa inſolubilia q̄dā ſꝫ mollificabilia vt ferꝝ et cornu. alia aūt nō mollificūꝫ. vt lapis q̄ coagulaꝫ a natura. et laꝫ ab arte Nō diuerſitatꝫ eſt q2 illa q̄ coagulanꝫ a duobꝫ ſcꝫ a calido ꝛ frigido illla pn̄t ſic coagulari ꝙ ſint diniſſolubilia. ſꝫ illa que coagulātur ſolo igne pn̄t ſolui a frigido. ſi autē coagulantur a ſolo frigido poſſunt ſolui a calido. Etiam determinat ph̄us de natura lignorum et laterū. vt appareat ꝙ non ſunt ſolubilia Et finaliter qđ dictuꝫ eſt de liq̄factōne et coagulatione epilogat Eſt aūt coagulatio ſm doctorē ſanctum conſiſtentia humididi aquoſi facta a frigido aut calido aut vtroqꝫ Et ponitur ibi conſiſtentia loco generis. ſed cum dicitur humidi aquoſi tangitur materia. Et cum additur facta a frigido ꝛc. tangiꝫ efficiens. Sed liquefactio eſt diſſolutio humidi conſtantis per calidum aut frigidū aut vtrūqꝫ

Ex his āt manifeſtū ꝙ a calido frigido cōſtant corꝑa. ꝛ hec āt ingroſſantia ꝛ coagulātia faciūt oꝑatōem ipoꝝ: ꝓpterea ꝙ q̄ ab his ꝯdita ſunt in oībꝫ ineſt caliditas. aliq̄bꝫ āt et frigiditas q̄ deficit. Quare qm̄ hec q̄dē exiſtūt ꝓpter facere humidū aūt ꝛ ſiccū ꝓpter pati participāt ipſis cōmunia oībus Ex aqua q̄dē igiꝫ et terra omiomera corpora cōſtant et in plantis ꝛ in aīalibus et que metallantur velut aurum et argentum quecunqꝫ alia talia ex ipſis et ex exalatione ea que vtriuſqꝫ incluſa ſicut dictum eſt in alijs

Hec autem differunt ab inuicem et hisque ad ſenſus proprios omnia et in poſſe aliquid facere. Album em̄ et bene odorans ꝛ ſonatiuum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et dulce et calidū et frigidū in poſſe aliq̄d facere
in ſenſum ſunt: et alijs magis ꝯuenientibꝰ paſ/
ſionibus quecūq̃ in patiendo dicuntur. Dico
aūt puta liquabile et coagulabile et flexibile et
quecūq̃ alia talia Oīa eīn talia paſſiua ſicut
humidū et ſiccū. His aūt iam differt os et ca/
ro neruus et lignū et cortex ⁊ lapis. et aliorum
vnūqdq̃ omiomerorū quidē aūt naturaliū cor
porū Dicamus āt primo numerū ipſorū q̄cūq̃
ſm potentiā et ipoſſam dicūt Sunt āt hec coa
gulabile et icoagulabile. liq̄bile et illiq̄bile mol
lificabile nō mollificabile. intingibile et nō in/
tingibile. flexibile ⁊ inflexibile. frangibile et nō
frangibile. ductile nō ductile. Cōminuibile in
cōminuibile. impreſſibile nō impſſibile. forma
bile informabile: capibile non capibile. trahi/
bile nō trahibile ſciſſibile nō ſciſſibile. detrū/
cabile nō detruncabile. viſcoſum fragile. com
maſſabile nō cōmaſſabile. vſtibile nō vſtibile.
exalabile non exalabile. plurima quidē igit̄ cor
porum his differūt paſſionibus.

¶Quō et q̄bꝰ differunt omiomera.

Iſta eſt tertia pars huius capl'i primi in qua determi
nat in generali de oībꝰ paſſionibꝰ qualitatū paſſiuaꝝ. Cir
ca qđ duo facit. q2 ꝓmo ꝯcludit ex quibꝰ hn̄t eſſe corpo/
ra omiomera. q2 ex quatuor q̄litatibꝰ primis. Scđo oſtē
dit penes q̄ iſta omiomera drn̄t abinuicem ibi (hec autē)
Dicit ḡ primo ꝙ oīa omiomera formaliter hn̄t ꝯſiſten/
tiam a calido et frigido. ſ3 materialiter conſtant ex hu/
mido et ſicco Et hoc eſt verū tam in aīalibꝰ q̄3 in plātis
q̄3 etiā in mineralibꝰ ⁊ alijs incluſis in terra. q̄ habent fie
ri ex exalationibꝰ ſicut dictū eſt in fine tertij huiꝰ Tūc
ibi (Hec aūt) Oſtēdit penes q̄d iſta omiomera drānt et
vult in ſnīa ꝙ drn̄t ꝑ q̄litates ſenſibiles. ſicut ſunt albedo
color et ſilēs. Et nō ſolū drn̄t illis ſed etiā differūt q̄buſ/
dam alijs magis ꝓprijs q̄ ſonant in paſſionē. ſicut ſunt co
agulabile ⁊ incoagulabile liquabile et illiquabile mollifi
cabile nō mollificabile tingibile intingibile de quibꝰ oībꝰ
phus ꝑ ordinē determinat.

Quā aūt vnūqdq̃ horū habeat potentiam
dicamus De coagulabili q̄dē igit̄ et incoagula
bili et liquabili ⁊ illiquabili dictū eſt quidē vni
uerſaliter prius. attn̄ redeamꝰ ad nūc. Corpoꝝ
eīn quecūq̃ coagulant̄ ⁊ indurantur hec q̄dē
a calido patiuntur hoc Hec aūt a frigido. A ca
lido q̄dē deſiccante humidū. a frigido āt expri
mēte calidū Quare hec quidē humidi abſentia
hec aūt calidi hoc patiunt̄. Quecūq̃ q̄dē aque
calidi. quecūq̃ aūt terre humidi Que q̄dē igit̄
humidi abſentia ab humido liquefiunt. niſi ſic
ꝯuenerint vt minores relicti ſint pori q̄3 aq̄mo
les. velut later. quecūq̃ aūt nō ſic hec humido
ſoluunt̄ velut vitrū ſales terra q̄ ex luto Que āt
calidi priuatiōe a calido ſoluunt̄: velut glacies
plumbū es. Que q̄dem igit̄ coagulabilia et li/
quabilia dictū eſt. et qualia et illiquabilia Inco
agulabilia aūt q̄cūq̃ aut nō habēt humiditatē
aquoſam. aut nō aq̄ ſunt. ſed plus calidi et terre
puta mel et muſtū velut feruētia eīn ſunt Et q̄cū
q̃ aque q̄dē habēt. ſunt āt plus aeris ſicut oleū
et argētū viuū et ſi q̄d viſcoſu3 velut gluten ⁊c̄

Coagulabile.

Hic ꝯſequēter phs determiat in ſpēali de oībꝰ illis q̄bꝰ
omiomera ab inuicē drānt ⁊ ꝓmo de coagulabili ⁊ in coa
gulabili Dicēs ꝙ q̄dā ſunt coagulata a calido ꝑ abſentiā
humidi. ⁊ quedā a frigido ꝑ abſentia3 calidi. prima ſunt
magis terrea vt vitrū et ſales. et ſecūda ſunt magis aq̄a
vt criſtallus et ſilia Etiam prima liqueſcūt ab humido
ſiue frigido Sed ſecūde liqueſcūt a calido ſubintrāte vt
glacies et criſtallus Sed incoagulabilia ſunt q̄ nō habēt
humiditatem aquoſam. aut ſi aquā habeant plus tn̄ ha
bent de terra et calido Exemplū primi. vt mel et muſtu3
Exemplū ſcđi. vt oleum et argentum viuū et alia viſco
ſa ſicut gluten.

Mollificabilia aūt ſunt coagulatorū q̄cūq̃
nō ex aqua. velut glacies aque. ſed quecūq̃ ter
re magis ⁊ neq̃ eua porauit totū humidū ſicut
in vitro et ſale. neq̃ habet irregulariter ſicut la
ter. ſ3 aut trahibilia nō entia humectabilia. aut
ductilia non entia aque ⁊ mollificabilia igne ve
lut ferrū et cornu et ligna

Mollificabile.

Hic agit de mollificabilibꝰ Dicens ꝙ mollificabilia
ſunt de numero coagulatoꝝ. q2 ſicut cogulatio incipit ex
humido. ſic mollificatio a ſicco. Et loquitur de mollifica
bilibꝰ ab humiditate intrinſeca per hoc ꝙ calidū reſoluit
humidū. et per conſequens mollificat. Et dicit vlterius
ꝙ talia nō ſunt aqua aut aque ſpēs. vt glacies et criſtal/
lus. ſed habēt plus terre in quibꝰ totum humidū nō eua
porauit. ſicut eſt in vitro et ſale. quia illa a proprio humi
do reſoluta non poſſunt mollificari. Sed mollificabilia
ſunt in propoſito q̄ poſſunt trahi ſiue prolongari aut du/
ci abſq̃ humido aqueo. ſicut ferrū et cornu et q̄dā ligna.

Sunt aūt liquabiliū et illiquabiliū hec q̄dē
intingibilia. Hec āt nō itingibilia velut es itin
gibile liq̄factibile exiſtēs. lana āt et terra itingi
bilia madefiūt eīn. et es q̄dē liq̄bile nō ab aq̄ āt
liquabile ſed ab aqua liquabiliū q̄dā non intin
gibilia velut vitrū et ſales Neq̃ eīn aliud intin
gibile nullum quod non mollius ſit madefa/
ctum. Quedam autem intingibilia exiſtentia
non liquabilia ſunt velut lana et fructus.
Sunt aūt intingibilia quidem quecunq̃ terre
exiſtentia habent poros maiores eque mollibꝰ
exiſtentibꝰ durioribꝰ aqua Liquabilia āt aqua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄cū̄qꝫ per totū̄ propter qđ aū̄t terra q̄dem ꝛ liq̄
fit et intingitur ab humido. vitrū̄ aū̄t liquefit q̄
dem intingit᷑ aū̄t non. qꝛ in vitro q̄dem per to/
tum pori quare diuidū̄t᷑ mox ab aqua partes.
In terra aū̄t ꝑmutati ſunt pori quare qualiter
cū̄qꝫ vtiqꝫ ſuſceperit differt paſſio.

Intingibile.

Hic conſequenter determinat de intingibilibꝫ et nō in/
tingibilibꝫ Dicens. ꝙ de nū̄ero liquabiliū̄ et illiquabiliū̄
q̄dā̄ ſ̄t itingibilia ꝛ q̄dā̄ nō itingibilia Et vocāt itingibi
lia q̄ poſſunt humectari. ſic ꝙ nō ſoluunt᷑ ab humido Sꝫ
nō intingibilia vocat oppoſita his. Exēplū̄ pⁱmi. vt la/
na et terra Exēplū̄ ſcđi. vt vitrū̄ et ſales. Et abſolute lo
quendo intingibilia ſunt que habent plus terre et poros
maiores et duriores quos aqua nō poteſt ingredi Et
circa hoc remouet in textu dubiū̄. quare ſcꝫ aliq̄n terra
tingitur ab aqua et aliq̄n liquefit. ſed vitrū̄ et ſal liquefi
unt et nō intinguntur. Soluit qꝛ in vitro ſunt pori ꝑ to
tum. id eſt partes rare et paſſibiles. ſic āt nō eſt de aliꝫ

Sunt aū̄t et hec q̄dem coporū̄ flexibilia et
dirigibilia velut calamus et vimen. hec autem
inflexibilia corporū̄ velut later et lapis. ſunt aū̄t
inflexibilia q̄dem et indirigibilia quorū̄cunqꝫ
corporū̄ non pōt longitudo in rectitudinē ex pe
riferia aut ex rectitudine in periferiam permu
tari et flecti et dirigi eſt in rectitudinē aut peri/
feriā̄ tranſmutari aut moueri Etem̄ qđ reflecti
tur curuat᷑. qui q̄dē igit᷑ ad ꝯuexitatē aut con/
cauitatem motus longitudine ſaluata flectio
eſt Si em̄ et in rectū̄ eēt vtiqꝫ ſimul flexū̄ et rec
tum ꝙ q̄dem impoſſibile rectū̄ flexum eſſe et ſi
flectitur om̄e aut reflectet᷑ aut deflectet᷑. Horū̄
aū̄t hoc q̄dem ad ꝯuexum. hoc aū̄t ad cōcauū̄
tranſmutatio non vtiqꝫ erit et que ad rectū̄ lax/
atio eſt. Si em̄ et in rectū̄ eſſet ſed eſt reflexio et
rectificatio aliud et aliud. et hec ſunt flexibilia
et rectificabilia ꝛ inflexibilia ꝛ nō rectificabilia

Flexibile

Hic cōſequenter determinat de flexibilibus et infle/
xibilibꝫ et dirigibilibꝫ et ſuis oppoſitis. Et primo oſten
dit que ſunt flexibilia et dirigibilia. Secundo que ſunt
oppoſita horū̄. ibi (Sū̄t aū̄t) Tertio quid eſt dirigi et
flecti. ibi (Et flecti) Quarto ponit drn̄am inter hec. ibi
(Que q̄dē) Et qꝛ ꝑtes ille breues ſunt poſſunt ſimul le
gi. Dicit ergo ꝙ quedā̄ corpora ſunt flexibilia ꝛ dirigi/
bilia. vt calamus et vimen id eſt virga ſalicis. Sed alia
ſunt que neqꝫ ſunt flexibilia neqꝫ dirigibilia. vt lapis ꝛ la
ter ſed franguntur ſi quis tētet ea flectere vel permutare
ex rectitudine in periferiā̄. id eſt curuitatē. Sed flecti eſt
ꝑmutari ex rectitudine in curuitatē. Et drn̄t flecti ꝛ di
rigi. qꝛ vnū̄ eſt ad ꝯcauitatē ꝛ reliquū̄ ad rectitudinem.

Et hec q̄dem cōminuibilia et frangibilia ſi/
mul et ſigillatim. puta lignū̄ quidem frangibile
cōminuibile aū̄t nō. glacies āt et lapis cōibile
frā̄gibile āt nō latet aū̄t et frā̄gibilis ꝛ cōminui
bilis. differt aū̄t qꝛ fractio quidē eſt in magnas
ꝑtes diuiſio et ſeparatio Cōminuitio aū̄t in quaſ
cū̄qꝫ et plures duabꝫ. quecū̄qꝫ q̄dē ſi coagulata
ſunt vt multos habeant viciſſitudinatos po/
ros cōminuibilia vſqꝫ ad hoc em̄ ꝑtingit quecū̄
qꝫ autem ad multū frangibilia quecunqꝫ autē
ambo. ambo. ¶ Frangibile Cōminuibile.

Hic agit de frangibilibꝫ et cōminuibilibꝫ Dicēs pri/
mo ꝙ aliqua ſunt cōminuibilia et frangibilia ſimul ꝛ ali/
qua cōminuibilia et nō frangibilia et ecōtra. qꝛ lignū̄ eſt
frangibile ꝛ nō cōminuibile. glacies aū̄t et lapis ſunt cō
minuibilia et nō frangibilia. Sed later eſt cōminuibilis
et frangibilis. Et drn̄t illa duo. qꝛ fractio eſt in duas ma
gnas ꝑtes. ſꝫ ꝯminuitio eſt in paruas et plures duabus
Et ſtatim ſubiungit in textu cauſaꝫ huius diuerſitatis
videatur ibidem.

Et hec q̄dē ipreſſibilia velut es et cera hec āt
non impreſſibilia velut later et aqua. Eſt autē
impſſio ſupficie ſ̄m partē ip̄rofundū̄ ceſſio pul
ſione aut ꝑcuſſione totaliter aut tactu. Sū̄t āt
q̄ talia et mollificabilia velut cera manente alia
ſupficie ſ̄m partē tranſmutatur et dura velut es
et nō impſſibiliū̄ et dura velut later: nō em̄ ce/
dit in ꝓfundū̄ ſupficies et humida. velut aqua
cedit q̄dem Sed nō ſ̄m partē ſed ecōtra tranſ/
mutatur. Impſſibiliū̄ aū̄t q̄cū̄qꝫ manēt impſſi
onem paſſa et pene impſſibilia manu Hec q̄dē
formabilia. hec aū̄t aut nō bene impſſibilia ve/
lut lapis aut lignū̄. aut bene impreſſibilia q̄deꝫ
nō manet aū̄t impreſſio. velut lane aut ſpongie
non formabilia ſed capibilia hec ſunt. Sunt
aū̄t capibilia quecunqꝫ pulſa in ſeipſa cōuenire
poſſunt in profundū̄ ſupficie ſecus mutata. nō
diuiſa et tranſlata alibi alia parte velut aq̄ facit
hoc em̄ ecōtra trā̄ſfertur Eſt aū̄t percuſſio mo
tus a mouēte. qꝛ fit a tactu. ꝑcuſſio aū̄t cū̄ alla
tione. capiuntur autēꝫ quecū̄qꝫ poros habent
vacuos cōnati corporis et capibilia hec q̄cun/
qꝫ poſſunt in propria vacua conuenire. aut in
proprios poros velut madefacta ſpongia. ple
ni enim ipſius pori ſed quorumcunqꝫ pori ple/
ni fuerint mollioribꝫ q̄ꝫ ipm̄ q̄d natum eſt cōue
nire in ſeipm̄. Capibilia q̄dē igitur ſunt velut
ſpongia cera caro. nō capibilia āt quecū̄qꝫ non
nata cōuenire pulſione i eos qui in ipſo poros
aut qꝛ non habent. aut qꝛ durioribꝫ habent ple
nos. ferrū̄ em̄ non capibile et aqua et lac ꝛ om̄e
humidum.

Impreſſibile

Hic determinat de impreſſibilibus abſolute et cōpa
ratiue Dicens ꝙ aliqua corpora ſunt impreſſibilia vt es

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et cera. quedã vero non impreſſibilia. vt later ⁊ aqua. Et intelligit per impreſſibilia illa que ĩpreſſionem ſuſcipiũt figuram ⁊ retinent. quia impreſſio eſt ceſſio ſuperficiei in profundum ſm aliquam ſui partem. Que ceſſio fit tripliciter. ſcʒ tactu. pulſione. ⁊ ꝑcuſſione. Et ſtatim ponit quãdam differẽtiam corporum impreſſibilium Dicens ꝙ quedam ſunt mollificabilia. et quedam nõ. quia ſunt magis dura. etiam ſunt aliqua dura nõ impreſſibilia. ⁊ ſimiliter aliqua humida non impreſſibilia Sed illa impreſſibilia q̃ de facili impreſſionem recipiũt ⁊ retinent dicũtur informabilia. et in quibꝰ aliquid iſtorum deficit non ſunt informabilia. Sicut patʒ de lana ⁊ ſpongia. de quibꝰ dicit phs ꝙ ſunt capibilia. Sunt autem capibilia que poſſunt conuenire in ſeipſa ſuperficie intrinſeca tranſmutata in profundũ abſqʒ diuiſione. Et huius cauſam conſequẽter oſtendit phus in textu. videatur ibidem

¶Trahibilia autẽ ſunt quorũcũqʒ poteſt ad latꝰ trãſferri ſupficies: trahi enĩ es trãſferri ad mouens planũ cõtinuũ exiſtens Sunt autem hec quideʒ trahibilia velut pilus. corrigia. neruus. paſta. ⁊ gluten. Hec autẽ non trahibilia. velut aqua ⁊ lapis. Hec quidem igitur eadem ſunt trahibilia ⁊ capibilia velut lana. hec autẽ nõ eadem velut flegma. capibile q̃dem non eſt trahibile autem ⁊ ſpongia capibilis quidẽ nõ trahibilis autem. Sunt autem ⁊ quedam ductibilia velut es. hec autem nõ ductibilia velut lapis ⁊ lignum. ſunt autem ductibilia velut quideʒ quecũqʒ eadem percuſſione poſſunt ſimul in latus ⁊ profundum ſm ſuperficiẽ trãſferri ſm partem non ductibilia autem quecunqʒ non poſſunt

## De Trahibili.

¶ Hic determinat de trahibilibus. Et quatuor facit. Primo premittit que ſunt talia. Secundo quid ſint. ibi (Trahi enĩ) Tercio exemplificat. ibi (Sunt autem) Quarto determinat de eis per comparationem ad capibilia. ibi (Hec quidem) Dicit ergo primo ꝙ illa ſunt trahibilia quorũ ſuperficies poteſt trahi ad latus. ita videlicet ꝙ maneat ſuperficies vna ⁊ continua. vt eſt in ferro ⁊ in alijs metallis. ⁊ ad hoc multum valet humiditas viſcoſa. Et eſt trahi transferri ad ipm̃ mouens ita ꝙ tractum maneat vnum ⁊ continuum. et planum ⁊ huiuſmodi ſunt pilus. corrigia. neruus. paſta. ⁊ gluten. Sed ꝑ oppoſitũ dicũtur non trahibilia. vt aqua ⁊ lapis Subiũgit finalr̃ ꝙ q̃dã eadẽ ſunt trahibilia ⁊ capibilia. vt lana. alia aũt ſunt vnũ ⁊ nõ alterũ. vt flegma ⁊ ſpongia.

¶Sunt autem ⁊ quedam ductibilia omĩa et impreſſibilia. Impreſſibilia autem non omnia ductibilia. velut lignum. vt tamen ad omne eſt dicere conuertũtur. Capibilium autem hec quidem ductibilia. hec aũt non. cera q̃deʒ et lutũ ductibilia. lana aũt nõ neqʒ aqua.

## ¶De Ductibili

¶Hic conſequẽter determinat de ductibilibus ⁊ nõ ductibilibꝰ Dicens ꝙ aliq̃ ſunt ductibilia. ſicut es et alia metalla. ⁊ alia non ductibilia. ſicut lapis ⁊ lignum. Sunt autem ductibilia que vna percuſſiõe poſſunt transferri in latus ⁊ in profundum ſm aliquam partem ſue ſuperficiei. Sed ꝑ oppoſitũ dicũtur nõ ductibilia. ſicut ſunt illa q̃ nõ poſſunt talia pati. vt glacies Finaliter determinat de illis per comparatõem ad impreſſibilia ⁊ capibilia. qꝛ omnia ductibilia ſunt impreſſibilia. ſed non econtra. Et quedam capibilia ſunt ductibilia. ſed nõ om̃ia. ſicut lana eſt capibilis ſed non ductibilis

¶Sunt autem ⁊ hec quidem ſciſſibilia. velut lignum. hec autem non ſciſſibilia. velut later. Eſt autem ſciſſibile quod poteſt diuidi ad plus q̃ʒ diuidens diuidit. Scinditur enĩ cum ad plus diuidatur q̃ʒ diuidens diuidit ⁊ precedit diuiſio In detrũcatione autem non eſt hoc non ſciſſibilia autẽ quecũqʒ nõ poſſunt hec pati. Eſt autem neqʒ molle nullum ſciſſibile. Dico autem ſimpliciter mollium non ad inuicem Sic quidem enĩ et ferrum erit molle. neqʒ dura omnia. ſed quecunqʒ neqʒ humida ſunt neqʒ impreſſibilia neqʒ cõminuibilia. Talia autem ſunt quecũqʒ ſm longitudinem habent poros ſm quos adnaſcũtur inuicem: ſed non ſm latitudinem. Detrũcabilia autem ſunt conſtantium durorum aut mollium quecunqʒ poſſunt. neqʒ ex neceſſitate precedere diuiſionem. neqʒ cõminui diuiſa. Quecũqʒ autem non humida fuerint talia detrũcabilia. quedam autem ſunt eadem ⁊ detrũcabilia ⁊ ſciſſibilia velut lignum Sed vt ad multũ ſciſſibile quidem ſm longitudinem. detrũcabile aũt ſm latitudinem. Quoniaʒ enĩ diuiditur vnũquodqʒ in multa. que quidem longitudines multe qđ vnũ ſciſſibile hac Que autem latitudines multe qđ vnum detruncabile hac.

## De Sciſſibili et detrũcabili

¶In iſta parte determinat de ſciſſibilibꝰ ⁊ nõ ſciſſibilibus. Et primo ꝓponit que ſunt talia. ⁊ que nõ. Dicit ꝙ quedã ſunt ſciſſibilia. ſicut lignũ. ⁊ quedã non ſicut later Eſt aũt ſciſſibile illud qđ poteſt plus diuidi q̃ʒ diuidens diuidit. qꝛ illud ſcindit̃ qđ ꝓcedit actum diuidentis. ſicut patʒ in ligno abietis. Et illa prioritas intelligat̃ in magnitudine. nõ in tẽpore Sic aũt nõ eſt de detrũcatõe. qꝛ ibi ſimul ſunt diuidens ⁊ diuiſio. Sed nõ ſciſſibilia ſunt que hec pati nõ poſſunt. Deinde ponit ꝯditõens oppoſitas ſciſſioni. ⁊ cum hoc oſtendit que ꝯditõẽs ad ſciſſionẽ req̃runtur. ¶Tũc ibi (Detrũcabilia aũt) Oſtendit q̃ ſunt detrũcabilia. ⁊ qualiter ſe habent ad ſciſſibilia. Dicens ꝓmo ꝙ detrũcabilia ſunt de numero ꝯſtantiũ in quibꝰ di

uiſio nō precedit diuidens. ⁊ in quibꝫ poſt diuiſionē nō eſt
continuatio. vt patꝫ de latere. ⁊ ideo nō eſt detrūcabil' ſi/
ue diuiſibilis. Deinde ꝯparat detrūcabilia ad ſciſſibilia
penes ꝯuenientiā ⁊ differentiā Conueniūt eñ qꝛ quedaꝫ
eadem ſunt detrūcabilia ⁊ ſciſſibilia. vt lignū. Sed diffe/
runt. qꝛ ſciſſibile eſt quando ex vna longitudine fiunt plu/
res. ſed detrūcabile eſt qñ ex vna latitudine fiūt plures

¶ Viſcoſum aūt ē cū trahibile aut humiduꝫ
exiſtens molle fuerit tale fit ꝯcathenatiōe que/
cūqꝫ velut cathene ꝯponūtur corporum. Hec
eñ ad multū poſſunt extendi ⁊ cōuenire. Que
cunqꝫ aūt non talia frangibilia. Cōmaſſabilia
autem quecunqꝫ capibilium manſiuam ha/
bent capturam. Incōmaſſabilia autē quecūqꝫ
aut totaliter non capibilia aut non manſiuam
habent capturam

¶ De Viſcoſo ⁊
cōmaſſabilia

¶ In iſta parte determinat de viſcoſis ⁊ multis alijs
per ordinē Dicens p̄mo q̄ viſcoſum dicitur molle aut
humidū cum poſſet trahi. ita q̄ ptes adhereant cū quadā
cathenatōe. vt alleum et pix. Et illa que nō ſunt talia di/
cūtur frangibilia. Sed cōmaſſabilia ſunt que habent per
manſiuam capturā. vt capibilia. Et ergo ad cōmaſſabi/
lia requiritur q̄ ſint capibilia ⁊ permanentia. Et per op/
ſitum dicūtur incōmaſſabilia.

¶ Et hec q̄deꝫ vſtibilia ſunt. hec aūt inuſti/
bilia. velut lignum quid vſtibile ⁊ lana ⁊ os. la
pis aūt ⁊ glacies iuſtibile. Sunt aūt vſtibilia
quecūqꝫ habent poros ſuſceptiuos ignis. Et
humiditatem in his qui ſc̄m directuꝫ pori debi
liorē igne. Quecūqꝫ aūt non habent aut fortio
rem velut glacies. Et que valde viridia inuſti
bilia. Exalabilia aūt ſunt corpoꝝ quecunqꝫ
humiditatem habent quidē. ſic autē habent vt
nō euaporent ab ignitis ſeorſuꝫ: Eſt eñ vapor
que a calido vſtiuo in aerem ⁊ ſpiritū ſegrega/
tio ex humido madefactiuo. Exalabilia aūt tē
pore in aerem ſegregant̄. ⁊ hec quidē diſparen
tia ſicca. hec aūt terra fiūt. Differt aūt hec ſegre
gatio. qꝛ neqꝫ madefacit. neqꝫ ſpiritꝰ fit. Eſt au
tem ſpūs effluxus ꝯtinuus aeris ad longitudi
nem. Exalatio aūt eſt que a calido vſtiuo ꝯmu
nis ſegregatio ſicci ⁊ humidi aeris. ꝓpter qd̄ q̄
dem nō madefacit. ſed colorat magis. Eſt autē
q̄ q̄dē lignei corpis exalatio fumus. dico eñ ⁊
oſſa ⁊ pilos ⁊ omē qd̄ tale in eodē. nō eñ iacet
nomē ꝯmune. ſed ſc̄m analogiā. tñ in eodē oīa
ſunt. ſicut ⁊ Empedocles ait. hec pili ⁊ folia ⁊
auiū plume ſpiſſe ⁊ ſquame fiūt ſup ſolida men
bra. que aūt pinguis exalatio lignis. Que autē
vnctuoſi kinſa ꝓpter hoc oleū nō patit̄ eptesim
neqꝫ ingroſſat̄. qꝛ exalabile eſt ſꝫ nō vaporabile
aqua aūt nō exalabilis ſed vaporabilis. Vinū
aūt qd̄ q̄dē dulce exalat: pingue eñ. et eñ eadeꝫ
facit oleo. Neqꝫ eñ a frigore coagulat̄ vritꝗꝫ.
Eſt autem nomine vinum. opere autem nō eſt
Nō eñ vinoſus humor ꝓpter qd̄ nō inebriat.
Qd̄cūqꝫ aūt vinū paruā hꝫ exalatōnem. ꝓpter
qd̄ emittit flāmā. Vſtibilia aūt vident̄ eſſe
quecūqꝫ in cinerē diſſoluūtur corpoꝝ. patiun
tur aūt hec oīa quecunqꝫ coagulata ſunt. aut a
calido. aut ab ambobus frigido ⁊ calido. hec
enim videntur obtenta ab igne. Minime au
tem lapidum q̄ ſigillū vocatꝰ carbūculꝰ. Vſti
biliū aūt hec q̄dē inflāmabilia ſunt. hec aūt nō
inflāmabilia: hoꝝ aūt q̄dā carbonabilia. Sūt
aūt inflāmabilia quecūqꝫ humida entia exala/
bilia ſunt. Et pix aūt aut oleū aut cera magis
cū alijs q̄ꝫ p ſe ſunt inflāmabilia Maxime aūt
quecūqꝫ fumū emittūt. Carbonabilia aūt q̄cū
qꝫ taliū terre plus habēt q̄ꝫ fumi. Adhuc aūt q̄
dam liq̄bilia entia nō inflāmabilia ſunt. velut
es. ⁊ inflāmabilia nō liquabilia. velut lignum.
hec aūt ambo velut thus. Cā aūt qꝛ ligna q̄dē
p totuꝫ hn̄t humidū. ⁊ p totū cōtinuū eſt vt p/
urat̄. Es aūt ſecus vnāquāqꝫ q̄dem partē. non
cōtinuū aūt ⁊ minus q̄ꝫ vt flāmaꝫ faciat. thus
aūt hac q̄dē ſic. hac aūt illo mō habet Inflam
mabilia aūt ſunt exalabiliū. quecūqꝫ nō liqua/
bilia ſunt ꝓpter magis eſſe terre. ſiccū eñ ha/
bet cōmune igni. Hoc igit̄ calidū ſi fiat ſiccum
ignis fit ꝓpter hoc flamma ſpūs aut fumus ar
dens eſt. Lignorū q̄dem igit̄ exalatio fumus.
Cere aūt ⁊ thuris ⁊ taliū ⁊ picis ⁊ quecūqꝫ ha
bent picem aut talia lignis. Olei aūt ⁊ quecun
qꝫ oleaginea. kinſa et quecūqꝫ minime ardēt ſo
la. qꝛ paucū ſicci hn̄t. Trāſitio aūt p hoc. cū al/
tero aūt citiſſime. hoc eñ eſt qd̄ pingue ſiccum
vnctuoſum. Exalantia q̄dem igit̄ humidoruꝫ
humidi magis vt oleū ⁊ pix. ardentia aūt ſicci.

His aūt paſſionibꝫ ⁊ differentijs omiome
ra corporū ſicut dictū eſt differūt ab inuicē ſc̄m
tactū: et adhuc ſaporibꝫ ⁊ odoribꝫ. ⁊ coloribus
Dico autē omiomera. velut que metallant̄ es
aurū. argentū. ſtannū. ferrū. lapidē. ⁊ alia talia
et quecūqꝫ ex his ſunt ſegregata. ⁊ que in aīali
bus ⁊ plantis. velut carnes. oſſa. neruus. pel/
lis. viſcera. pili. ines. vene. ex q̄bꝫ iam conſtant
anomiomera. puta facies. manus. pes. ⁊ alia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

talia. ⁊ in plantis lignū cortex: folium. radix. et quecūqꝫ talia

### De vſtibili. exalabili. vapore inflammabili. et carbonibili.

¶ Hic ꝯſequēter determinat de vſtibilibꝫ. exalabilibꝫ et inflāmabilibꝫ que ſe habent ꝑ ordinem. qꝛ vſtibilia ſunt que poſſunt incinerari. Exalabile aūt quod habet fumū qui pt inflāmari. Inflāmabilia vero que ſic inflāmātur. Et pmo determinat de vſtibilibꝫ Dicens ꝙ quedā ſꝫ talia ⁊ quedam nō. Sunt aūt vſtibilia que habent poros ſuſceptiuos ignis in quibꝫ poris eſt humiditas vnctuoſa et aerea. que eſt nutrimētum ignis. Sed ꝑ oppoſitū dicuntur nō vſtibilia ¶ Tūc ibi (Exalabilia) Determinat de exalabilibꝫ ⁊ nō exalabilibꝫ Dicens pmo ꝙ exalabilia ſunt que habent humiditatem. qꝛ oīa ſicca nō exalāt qꝛ ſine humido corpora nō euaporant ſurſum. Et vt habeaẜ differentia inter vaporē ⁊ exalatōem. definit vaporez Dicens ꝙ vapor eſt ſegregatio a calido vſtiuo ex humido madefactiuo. Et poniẜ ſegregatio loco generis. ⁊ qꝛ ſegregatio eſt motus qui habet ſpēm a termino. ideo ſtatim ſubiūgit (in aerem ⁊ ſpiritū) tangens terminū ad quem et ꝑ aerem intelligit exalatōem aquoſam. et ſimiliter ꝑ ſpiritū. quare tūc. et. capitur expoſitiue. Vel aliter ꝑ aerem intelligit humidū vaporē. ⁊ ꝑ ſpiritū ſiccum ⁊ ventos. ſed ꝑ calidum vſtiuū intelligit cām efficientē. Et ꝑ humiduz madefactum .i. aqueum intelligit cauſam materialez.

¶ Tūc ibi (Exalabilia) Oſtendit quomodo exalāt exalabilia. Et dꝛ ꝙ ſegregenẜ in aere cum tempore. id eſt cuz mora. Sicut videmus in lignis que ſucceſſiue ſegreganẜ in fumū qui aſſimilatur aeri. Et in tali ſegregatōe aliqua fiūt ſicca ⁊ diſpeniētia. vt fumus. alia aūt fiūt terra ⁊ cinis et illo mō fit exalatio ab igne ⁊ ignitis hic inferius Et differt exalatio a vapore. qꝛ ipſa nō madefacit necꝫ ex ipſa fit ſpūs vel ventus qui flat ad longitudinem. Et hoc ideo eſt qꝛ fumus hꝫ parum de aqueo. ⁊ eſt magis ſegregatio aeris ꝗ̄ aque. Addit tamen phus ꝙ fumus colorat ⁊ coinquinat. vt pꝫ in libro de coloribꝫ ¶ Tūc ibi (Eſt autem) Ponit tres ſpēs exalatōnis. qꝛ eſt aliqua exalatio ꝙ̄ dicitur fumus. vt exalatio in lignis ⁊ oſſibꝫ ⁊ ſimilibꝫ. que habent quādam analogiam cū lignis. eo ꝙ participāt eiꝰ ꝓprietatem. ſcꝫ terreſtreitatem. Alia eſt exalatio que diciẜ ignis. ſicut exalatio cere aut picis. Tercia eſt exalatio oleaginearū. id eſt vnctuoſoꝝ. ſicut olei que dꝛ kinſa vel kuxa. Et ex hoc cōcludit ꝙ oleum nō patitur epteſim. qꝛ eſt ſiccum terreum. ⁊ habet humidū aereum. ⁊ ideo nō poteſt ingroſſari ſic ꝙ humidum recedat ⁊ reſiduū maneat magis groſſum. Et loquiẜ hic phs de ingroſſatione que fit per exalatōem. qꝛ per conſtantiam humidi aerei pt ingroſſari a calido ⁊ frigido. vt pꝫ ex dictis. aqua aūt nō exalabilis eſt ſed vaporabilis. Sed vinū dulce exalat. qꝛ eſt pingue ſicut oleum. ⁊ ideo etiam nō coagulaẜ a frigore. Et de illo vino dꝛ ꝙ eſt vinū nomine. ſed non opere. qꝛ non inebriat ſed inflammaẜ. vt oleum ¶ Tūc ibi (Vſtibilia aūt) Phus determinat de inflāmabilibꝫ. Et pmo reſumit de vſtibilibꝫ vt ſic continuet ſe ad dicenda. vt patꝫ in littera Et ſubdit de quodā lapide qui dꝛ ſigillum ſeu carbūculus. qui non poteſt incinerari ꝓpter optimam cōmixtionē humidi cum ſicco. ⁊ vocaẜ ille carbūculus ab aliquibꝫ rubinus. ⁊ nō cōburiẜ ab igne. ſed fugat venenū. Et dꝛ ſigillū qꝛ antiquitus annuli cōſueuerūt ſigillari iſto lapide. ⁊ propter excellentiam ſue virtutis dꝛ lapis lapiduz ⁊ gemma gemmarū ¶ Tūc ſtatim ponit vnā diuiſionem que ſatis clare ponitur in textu. Sūt aūt inflāmabilia de numero exalabiliū que nō ſunt fluida vt lignū. Cera aūt ⁊ oleum non ſunt inflammabilia niſi apponatur aliquid de ſicco. Et illa ſunt maxime inflāmabilia que habent fumum ſubtilem Sed carbonibilia ſunt que plus habent terre ꝗ̄ fumi. vt apparet in lignis. Et eſt triplex genus carbonū. Vnū eſt naturaliter factum in terra. ⁊ hoc pcipue querūt fabri. qꝛ multum durat. Aliud fit artificialiter ex lignis inflammatis ⁊ aqua extinctis. ⁊ tales ſunt carbones extincti. Terciū fit ꝑ illuminatōem lignorum viridiū que cooperiūtur ⁊ ignis extinguitur ſine aqua. ⁊ tales carbones habent fumū groſſiorem quē oportꝫ temperare vino ⁊ ſale ne noceant capitibꝫ. Et ergo dicit Albertus ſuꝑ librū de ſenſu ⁊ ſenſato ꝙ ipſe vidit in Colonia tres homines ſubito mortuos ex fumo carbonū ¶ Tūc ibi (Adhuc aūt). Determinat de inflammabilibꝫ ꝑ ꝯparationez ad liquabilia Dicens ꝙ quedam ſunt inflāmabilia ⁊ nō liquabilia. vt lignū. Alia vero ſunt vtrūqꝫ. vt thus qꝺ habet naturam mediam. ſcꝫ ſiccū terre ⁊ humidū aereum

¶ Tūc ibi (Lignorū quidē igiẜ) Areſtoteles reſumit quedam dicta circa ſpēs exalatiōis. ⁊ finaliter recapitulat de paſſionibꝫ enumeratis quibꝫ differunt corpora omiomera ſm tactū. qꝛ hmōi paſſiones ſunt qualitates tangibiles. ⁊ etiā exponit que corpa ſunt omiomera vſqꝫ ad finē

## ¶ Tercius tractatus De omiomeris

Quoniā aūt hec ꝗdem ab alia cauſa cōſiſtunt. ex quibꝫ aūt hec materia ꝗdem ſiccū ⁊ humidum. quare aqua ⁊ terra. hec enī euidentiſſimā habent potentiā vtrunqꝫ vtriuſqꝫ facientia aūt calidū ⁊ frigidū. hec enī conſtare faciūt ⁊ coagulāt. ex illis accipiamus omiomerorū qualia terre ſpēs. ⁊ qualia aque. ⁊ qualia ꝯmunes. Sūt aūt itaqꝫ corporꝝ ꝯditorum hec quidē humida. hec aūt mollia. hec aūt dura. horꝝ aūt quecūqꝫ dura aut mollia coagulatione dictū eſt pus. Humidorū ꝗdem igitur quecūqꝫ euaporant aque. quecūqꝫ aūt nō ⁊ terre ⁊ cōmunia terre ⁊ aque. velut lac aut terre et aeris. velut lignū. aut aque ⁊ aeris velut oleum

¶ Iſte eſt tercius tractatus huius libri. in quo phus oſtendit quid ſit vnūqꝺqꝫ omiomerū ſm materiā ⁊ aliqualiter ſm formā. Et ſm hoc iſte tractatus diuiditur in duo capitula. In pmo oſtendit quid ſit quodlibet omiomerorum ꝗ̄tum ad pncipium materiale. In ſecundo quid ſit ꝗ̄tum ad pncipiū formale. ibi (Oīm aūt) Primū caplm hꝫ duas ptes In pma oſtēdit qꝺ dictū eſt ꝗ̄tum ad pncipia paſſiua. In ſecūdo ꝗ̄tū ad pncipia actiua. ibi (Qualia aūt) Circa pmā partē pmo pmittit pambulū Dicēs ꝙ corpora anomiomera ꝯſtituūtur ex omiomeris. non tamen ſicut ex pmis pncipijs ſimplr. qꝛ omiomera cōſtant ex alijs. ſcꝫ elementis. in quibꝫ alique qualitates ſunt paſſiue. vt humidū ⁊ ſiccū. que magis manifeſte apparent in aqua ⁊ terra. Et alie ſunt actiue. velut calidū ⁊ frigiduz qꝛ faciūt ꝯſtare coagulatū ex illis paſſiuis Et qꝛ corpora



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

omiomera habent aliquā cām. ideo ꝯſequenter accipien/
dum q̄ ſunt magis de natura terre ⁊ q̄ magis de natura
aque. ⁊ que ſunt ꝯmunia illis. occaſione cuius Ariſto. po
nit vnā diuiſionē corpoꝝ ꝯdītoꝝ. id eſt mixtoꝝ. Ex qua
ꝯcludit ſuā intentōem Dicens ꝙ illa humida que tota
liter euaporant ſunt magis aquea. q2 nō ingroſſant. neqꝫ
apparet in eis opatio terre. ſed illa que euaporant. nō aūt
totaliter. ſed parū tm̄ ſunt ꝯmunia terre ⁊ aque vt in lac
te. vel etiā ſunt cōia terre ⁊ aeri. vt lignū. ſed oleū eſt ꝯmu
ne aeri ⁊ aque. qđ oſtendit eius ſupnatatio

¶ Et q̄cūqꝫ q̄dē a calido coagulant cōia Dubi
tabit aūt vtiqꝫ de vino humidoꝝ. hoc em̄ eua/
porabit vtiqꝫ ⁊ īgroſſat ſicut nouū. Cā āt q2 ne
qꝫ in vna ſpē dr̄ vinū. ⁊ q2 aliud aliter. Nouū eī
magis terre q̄3 antiquū: ꝓpť qđ ⁊ ingroſſat ma
xime calido. ⁊ coagulat minꝰ a frigido. H3 eī
et calidū multū ⁊ terre. ſicut qđ in archadia ſic
exiccat a fumo in vtribꝫ. vt eductum coaguletur.
Si aūt oē fecē h3. ſic vtriuſqꝫ ē aut terre. aut aq̄
et h3 multitudinē Quecūqꝫ aūt a frigido ingroſ
ſant terre. q̄cūqꝫ aūt ab āmbobꝫ cōia plurium. ve
lut oleū ⁊ mel ⁊ dulce vinū Cōſtitutoꝝ aūt q̄cū
qꝫ q̄dē coagulata ſūt a frigido aq̄. velut glacies
nix grādo pruina. Quecūqꝫ aūt a calido terre.
velut later caſeus vitrū ſales. q̄cūqꝫ aūt ab am
bobꝫ. talia āt ſunt q̄cūqꝫ infrigidatōe. Hec aūt
ſunt q̄cūqꝫ amboꝝ ꝑuatōe ⁊ calidi ⁊ humidi ſil'
egrediētis cū calido. Sales q̄dē em̄ humidi ſo
lius ꝑuatōe coagulāt. ⁊ q̄cūqꝫ ſincera t̄re. Gla
cies āt calidi ſolius. hec aūt amboꝝ. ꝓpter q̄d
et ambobꝫ. ⁊ habebant ambo.

## ¶ De ingroſſatis a calido ⁊ frigido:

¶ Hic ꝯñter phs manifeſtat qualia ſunt illa q̄ ingroſſan
tur a calido Dicēs ꝙ illa ſunt ꝯmunia terre ⁊ aque. q2 in
eo ꝙ euaporant hn̄t de aqua. ſed in eo ꝙ ꝯſtant hn̄t de ter
ra. Et circa hoc mouet dubitatōem de vino. qđ eſt de ge
nere humidoꝝ. ⁊ q̄nqꝫ totaliter euaporat. q̄nqꝫ vero coa/
gulatur. Rn̄det phus ꝙ vinū antiquū totaliter euaporat
ſed vinū nouū ingroſſat. ⁊ illa nō ſunt eiuſdem ſpēi. quare
aliq̄d pt̄ vni ꝯuenire ⁊ nō alteri. q2 vinū antiquu3 eſt dige
ſtū ⁊ purū. nouū aūt impurū. ⁊ ğ h3 aliq̄d de terra admi/
xtum. quare etiā ingroſſat. Et ğ ſi oleū funderet ad vinū
nouū nō peteret fundū ſicut in vino antiquo. ſed ꝙ vinū
nouū minus coaguletur a frigido hoc eſt ꝓpter maiorē cali
ditatem. Sed illa q̄ ingroſſant a frigido ſunt magis ter/
rea. q2 frigidū ꝯprimēdo facit aliq̄n calidū exire cū ſuo hu
mido. Illa aūt q̄ ingroſſant ab vtroqꝫ ſunt ꝯmunia pluri
bus. ſc3 aeri ⁊ terre. vt mel ⁊ dulce vinū. vl' aque ⁊ aeri vt
oleū. Et ſubdit ꝙ illa que coagulant a ſolo frigido ſi3 aq̄a
vt nix glacies grando Illa vero que coagulant a calido ſo
lo ſunt magis terrea. vt later ⁊ caſeus. Sed illa q̄ coagu
lant ab vtroqꝫ ſunt magis terrea. ⁊ illa coagulant. vel ꝑ
uatione caldi ſolū. vt glacies. aut ꝑuatōe humidi. vt ſales
vel ꝑuatione vtriuſqꝫ. vt declarat textus.

¶ Quorūcūqꝫ q̄dē igit totū exudauit velut la/
ter aut electrū. Et em̄ electrū ⁊ q̄cūqꝫ dicunt vt
lachrymē infrigidatōe ſunt. velut mirrha thus
et gūmi. Et electrū aūt huiꝰ generis videt ⁊ co
agulat. Intercapta em̄ aīalia ī ipo vident. a flu
uio aūt calidū exiens velut cocti mellis. cu3 in
aquā dimiſſu3 euaporat humidū. hec oīa terre
Et hec q̄dē illiq̄bilia ⁊ īmollificabilia. velut ele
ctrū ⁊ lapides q̄dā. velut pori q̄ in ſpelūcis Et
em̄ hi ſil'r ſunt his. ⁊ nō velut ab igne. ſ3 vt a fri
gido exeūte calido coegredit humidū ab ipo ex
eunte calido. ī alijs aūt ab extrinſeco igne Que
cūqꝫ aūt nō tota. terre q̄dē ſunt magis. mollifi/
cabilia aūt velut ferrū ⁊ cornu Thus aūt ⁊ alia
ſil'r lignis vaporāt. Om̄ igit liq̄bilia ponēdū ⁊
q̄cūqꝫ liq̄fiūt ab igne. hec ſunt aq̄ſiora. q̄dā aūt
et cōia velut cera. Quecūqꝫ aūt ab aq̄ hec terre
q̄cūqꝫ aūt neqꝫ ab altero hec āt terre aut āboꝝ

## ¶ De drīa omiomeroꝝ

¶ Hic oſtendit qualia ſunt a quibꝫ euaporauit totū hu/
midū. ⁊ q̄lia a q̄bꝫ nō euaporauit totū humidum Dicēs
ꝙ talia ſunt terrea. vt electrū ⁊ lachrime. que educūt ab ar
boribꝫ ⁊ ꝯplete coagulant a frigido. In ſignū cuius q̄nqꝫ
in ipſis inueniūtur aīalia mortua q̄ fuerunt detenta ꝓpter
viſcoſum effluens. ⁊ tūc iterū ſupeffluit aliud viſcoſum et
ꝯgelat. ⁊ ſic aīal morit ⁊ manet in medio ſine putrefactōe
q2 calor nō pt̄ ſubintrare. Et illa ſunt illiquabilia ⁊ imol
lificabilia. q2 totū humidū exudauit. Illa vero a quibꝫ nō oī/
no euaporauit humidū. lic3 ſint magis terrea tn̄ ſunt mol
lificabilia. vt ferrū ⁊ thus. ⁊ illa que liquefiūt ab igne ſunt
aquoſiora. iſta vero que ab aqua ſunt terrea. vt ſales. ſed
illiquabilia ſunt illa que ſunt oīno terrea. vt later. aut cō/
munia terre ⁊ aeri vt lignum

Si igit oīa q̄dē aut hūida aut coagulata. hoꝝ
āt hec ī dcīs paſſiōibꝫ. ⁊ nō ē int medīū. oēs vti
q3 erūt dicte q̄bꝫ diſcernemꝰ vtꝝ t̄re aut aq̄ aut
pluriū cōe. ⁊ vtrū ab igne ꝯſtat aut frigido aut
ābobꝫ. Aurū q̄dē itaq3 ⁊ argētū ⁊ es ⁊ ſtānū et
plūbū ⁊ vitrū ⁊ lapides multi īnoīati aq̄. oīa eī
hec liq̄fiūt calido adhuc vina q̄dā ⁊ vrina ⁊ ace
tū ⁊ lixiuiū ⁊ ſerū ⁊ liq̄r aq̄. oīa em̄ coagulāt fri/
gido: Ferrū āt ⁊ cornu ⁊ vnguis ⁊ os ⁊ neruꝰ ⁊
lignū. ⁊ pili ⁊ folia ⁊ cortex t̄re magis. adhuc ele
ctꝝ mirrha thꝰ et oīa dcā lachrime ⁊ poꝝ ⁊ fru
ctꝰ. velut legumia ⁊ frumētū. Que talia em̄ hec
q̄dē valde. hec aūt minꝰ hoꝝ. attn̄ t̄re. hec q̄dē
eī mollificabilia. hec āt exalabilia ⁊ īfrigidatōe
facta: adhuc vitꝝ ſales lapidū genera q̄cūq3 ne
q3 infrigidatōe neq3 coagulabilia. ſanguis āt ⁊
genitura cōia t̄re ⁊ aq̄ ⁊ aeris. ſanguis q̄dē hn̄s
vias magis t̄re. ꝓpť qđ frigore coagulat ⁊ hu/
mido liqueſcit. Nō hn̄tes aūt vias aque ꝓpter
qđ et nō coagulātur. Genitura aūt coagulatur
infrigidatōe exeunte humido cū calido

¶ Hic ꝯñter phus ꝯcludit intentū. Dicēs ꝙ ex dictis
poſſumꝰ cognoſcere an oīa omiomera ſint humida aut co
agulata. ⁊ vtrū ſint de natura terre aut aq̄. aut vtriuſqꝫ ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a q̄bꝫ coagulanť vtrū.ſ.a calido aut frigido aut ab vtroq̄ꝫ ⁊ hoc ꝯn̄r manifeſtat p̄mo in aq̄ſis q̄ coagulanť a frigido ⁊ liq̄fiūt a calido et iō magis ſunt de natura aq̄.ſcd̄o i treis q̄ꝝ q̄dā plus h̄n̄t actū terre et q̄dā minꝰ ibi(ferrū āt)ter tio i cōibꝫ ibi(ſanguis āt)q꞉ ſāguis ⁊ genitura.i.ſperma ſt̄ꝫ cōia terre aque ⁊ aeri.qd̄ veꝝ eſt de aliq̄ ſanguine

Qualia āt calida aut frigida coagulatorū aut frigidorū hūidorū ex dictis oꝫ ꝯſiderare Que/cūq̄ꝫ q̄dē igiť aq̄ vt ad multū frigida ſi nō alienā habeāt caliditatē. velut lixiuiū vrina vinū Que cunq̄ꝫ aūt terre vt ad multū calida ꝓpter calidi operatōnem. velut calx et cinis. Oportet āt ac cipere ſm materiā frigidiſſima quedā eſſe Qm̄ ei ſiccū ⁊ humidū materia. hec ei paſſiua Hoꝝ aūt corpora maxime terra et aqua ſunt Hec em̄ frigiditate determiāta ſunt. Palā q꞉ oīa corpo ra quecūq̄ꝫ vtriuſq̄ꝫ ſimpliciter elemēti frigida magis ſunt.ſi nō habeāt alienā caliditatē velut feruēs aqua.aut que p̄ cinerē colata. Etem̄ hec habet eam que ex cinere caliditatē: in oībꝫ em̄ ignitis eſt caliditas aut amplior aut minor p/pter quod in putrefactiuis aīalia innaſcuntur. Ineſt em̄ caliditas que corrūpit propriā vniuſ cuiuſq̄ꝫ caliditatem. Quecūq̄ꝫ aūt cōia habent caliditatem.cōſtāt em̄ plurima a caliditate que digeſſit. Quedā aūt putrefactiones ſunt velut ſyntecta. Quare hūtia quidē ſm naturā calida et ſanguis et genitura et medulla et lac et oīa ta lia. Corrupta aūt et egredientia a natura nō ad huc Relinq̄tur em̄ materia terra exiſtēs aut aq̄ ꝓpter quod ambo videnť quibuſdā. et hi q̄deꝫ frigida.hi aūt calida.hec aūt eſſe videntes cuꝫ q̄dem in natura fuerint calida: cū aūt ſeparata fuerint coagulata Habet q̄dē igiť ſic totaliter vt determinatū eſt.in quibꝫ q̄dē materia aque ſm plurimū frigida. Opponiť em̄ maxime hec igni.quibꝫ aūt terre aut aeris calidiora. accidit aūt aliq̄n̄ hec fieri frigidiſſima et calidiſſima ali ena caliditate. Quecūq̄ꝫ em̄ maxime coagulata ſunt. et ſolidiora ſunt. Hec frigida maxime. ſi priuenť caliditate et ardent maxima. ſi ignianť velut aqua fumo.et lapis aqua vrit magis.

Hic ꝯn̄r i iſta p̄te ſcd̄a oñdit q̄lia ſunt omiomera ex p̄te q̄litatū actiuaꝝ. Dicit ḡ p̄mo q꞉ oꝫ ꝯſiderare ex dict̄ꝫ q̄lia ſt̄ꝫ omiomera.ſ.vtrū ſint coagulata ⁊ dura vel ſint hūida et fluētia.h̄ vero oꝫ ꝯſiderare vtꝝ ſint calida aut frigida et p̄mo oñdit q̄lia ſt̄ꝫ aq̄a. q꞉ ſunt frigida q̄ꝫtū eſt de natu ra aq̄.lꝫ habeāt q̄n̄q̄ꝫ caliditatē alienā. ſic pꝫ de lixiuio et vino. Et ſi dicať q꞉ caliditas vini ſit ei naturaľ. r̄ndeť q꞉ verū eſt ꝯſiderādo totā naturā vini.ſꝫ eſt tn̄ extrinſeca eꝰ aq̄ſitati.ſꝫ terrea ſt̄ꝫ calida ꝓpter op̄atōeꝫ calidi qd̄ rema net in ſicco terreſtri ꝓpť groſſicie. vtꝫ in calce et cinere ⁊ iō nihil ꝓhiber aliq̄d ſm naturā eē frigiduꝫ. ⁊ tn̄ ab extriſe co eſſe calidū. ſicut in ſilľ aliq̄d p̄t ſm ꝓpriā naturā eſſe fri gidiſſimū.et tn̄ ab aliq̄ extrinſeco calidū. vtꝫ de aq̄ calefa cta et coagulata p̄ cineres. ſꝫ q꞉ i oībꝫ ignit̄ꝫ ſit calor. ma ior vľ mior oñdit exēplariter de putrefactis. i q̄bꝫ naſcūť aīalia q꞉ humor inaturaľ in illē calidus ⁊ hꝫ rōem ſemis ſeu mulieris ſꝫ v̄tus ſtellaꝝ eſt agēs Illa vero q̄ ſt̄ꝫ cōia terre ⁊ aq̄ h̄n̄t caliditatē. vt lac ⁊ medulla ⁊ ſilia. ꝓbat q꞉ multa illaꝝ digerūtur ⁊ cōſtāt a calido. vt lac et ſanguis Alia v̄o ſt̄ꝫ digeſta a calido vt putredies i apoſtematibꝫ ⁊ h̄ ē veꝝ q̄n̄ talia ſt̄ꝫ i natura ſua q꞉ q̄n̄ egrediūť a natu ra ſua ita q꞉ corrūpūť tūc nō ſt̄ꝫ calida ſꝫ frigida Finaľr ibi.hꝫ q̄dē.epilogat Dicēs q꞉ illa q̄ plꝰ h̄n̄t de aq̄ ſť frigi da ſꝫ q̄ plꝰ h̄n̄t de t̄ra aut aere ſť calida. de aere nō ē dubiū ſicut de terra q꞉ t̄ra videť eē magꝫ frigida q̄ꝫ aq̄ Sꝫ dōm q꞉ terra ꝯuenit in vna q̄litate cū igne ⁊ etiā terrea ſt̄ꝫ ſoli diora aqueis quare ſunt calidiora Et addit q꞉ hmōi ter rea p̄n̄t q̄n̄q̄ꝫ eē calidiſſima. vtꝫ de lapide aut ferro calefa cto Et q̄n̄q̄ꝫ frigidiſſima vt patet in criſtallo et marmore licet propter diuerſas cauſas.

Qm̄ aūt et de his determiatū eſt ſm vnūq̄dq̄ꝫ. Dicamꝰ q̄d caro aut os aut aliorū omiome rū Habemꝰ ei ex q̄bꝫ q̄ omiomerorū natura cō ſtituit genera ipſorū. cuius generis vnūq̄dq̄ꝫ p̄ generationē Ex elemētis q̄dē ei omiomera oīa Ex his aūt vt materia oīa op̄a nature Sūt aūt oīa vt q̄dē ex materia ex dictis. vt āt ſm ſubſtā tiam rōem. Sp̄ aūt magis palā in poſteriori/bus. et totaliter quecūq̄ꝫ velut organa et gratia huius Magis em̄ palā q꞉ qui mortuus hō eq̄/uoce. ſic igiť et manus mortui equiuoce. quēad modū et ſi fiſtule lapidee dicanť. velut ei et hec organa quedā videnť eſſe. Minus aūt in car/ne et oſſe talia manifeſta. adhuc āt in igne et aq̄ minus Qd̄ em̄ cuius gratia minus hic palam vbi plurimū materie. Sicut em̄ et ſi extrema ac cipianť. materia q̄dē nihil aliud preter ipſaꝫ ſub ſtātia āt nihil aliud q̄ꝫ rō Intermedia aūt ꝓpor tionabiliter. eo q꞉ ꝓpe ſit vnūq̄dq̄ꝫ Qm̄ et horū qd̄cūq̄ꝫ eſt gratia huius nō oībꝫ modis h̄n̄s aq̄ aut ignis. ſicut neq̄ꝫ caro neq̄ꝫ viſcera His aūt adhuc magis facies et manus oīa ſunt termia ta op̄e Que quidē em̄ p̄n̄t facere ipſorū opus ve re ſunt. vnūq̄dq̄ꝫ ei puta oculus ſi videt. q̄ āt nō p̄t equoce. puta mortuꝰ aut lapideꝰ Neq̄ꝫ ei ſer ra q̄ vt lignea. niſi vt imago Sicut igiť ⁊ caro. ſꝫ opus ipiꝰ minꝰ palā q̄ꝫ qd̄ lingue ſilľ āt et ignis Sꝫ adhuc forte minꝰ manifeſtū naturaliter q̄ꝫ carnis opus. Silľ āt et que in plantis et inani mata velut es et argētū oīa ei potētia q̄dā ſunt aut faciēdi aut patiēdi ſicut caro et neruꝰ. ſꝫ rō nes ipſorū nō certe Quare q̄n̄ exiſtunt et q̄n̄ nō nō facile p̄ſpicere niſi valde dep̄ditum fuerit et figure relique velut antiquorū mortuorū corpo ra ſubito cinis fiunt in ſepulchris et fructus ſo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lum figura Scdm ſenſum autē non videntur inueterati valde et exlacte coagulata

## ¶De forma omiomerorū

Iſtud eſt ſecūdum capitulum in quo phus oſtendit qualia ſunt omiomera quātum ad formā. Et tria facit quia primo oſtendit hoc ex pte forme in generali. Secūdo oſtendit a quibus habent fieri effectiue. ibi (tales quidem) Tertio recapitulat que dicta ſunt et que reſtāt dicenda. ibi (Si igit habemus) Dicit ergo primo ꝙ qualia ſunt omnia omiomera ſm naturam dictum eſt prius quia dictū eſt ꝙ ex omiomeris ſint oīa opera nature. ſed ipſa ſunt materialit ex elementis ſed ſm ſubſtantiaꝫ id eſt formā ſunt ex rōne. id eſt proportōne elementorū. Et de iſta forma dicitur ſeptimo methaphiſice ꝙ neqꝫ eſt elementū neqꝫ ex elementis. ſed eſt aliquid ꝯſequens ad hec Tunc ibi (Semper aūt) Oſtendit ꝙ forme ſunt magis manifeſte in anomiomeris. qꝛ ibi opationes ſunt magis manifeſte ſed opationes ducūt in cognitionē forme. et hoc declarat in organis et in illis que ſunt gratia alicuius operis. quia magis manifeſta eſt differentia de homine viuo et cadauere ꝙ ſit de carne viua et mortua. et hec minus eſt nota in elementis qꝫ in omiomeris qꝛ ibi eſt plurimū de materia ꝛ ſubſtantia. i. forma nihil aliud ē qꝫ illō a q̄ accipit ratio rei Tūc ibi (qm̄ et hoꝝ) Hic ꝯſequēter phs manifeſtat ꝙ in oībus omiomeris inuenitur forma. et hoc primo facit in hoībus ꝛ animalibus. qꝛ qōlibet illoꝛuꝫ ordinatur ad aliquid opus ꝛ qn̄ poſſunt in talem operationem. tunc habent propriam entitatem et propriam formā. Sed qn̄ non poſſunt tunc non dicunt talia niſi equiuoce Et hoc manifeſtat multꝫ exēplis. Secūdo ibi (Silr aūt. Manifeſtat idem in plātis et inaīatis ſcꝫ in mineralib᷒. vt in argento et auro. qa vnūqōqꝫ eſt determinatum aliquo opere. ꝛ non eſt aurū niſi poſſit in opus auri. Et ita ſimiliter dōm eſt de plantis. licet operationes in illis nō ſint ita manifeſte. Tertio ibi (Quare quādo) Infert corollariū Dicens ꝙ in aliquib᷒ nō eſt facile videre quādo exiſtunt ꝛ quādo nō quia in illis opatio nō eſt manifeſta. et ergo in eis nō poteſt videri niſi ſint corrupta vt ſoluꝫ maneant figure Nō quidem eedem in numero ſed in ſpecie. qꝛ corrūpūtur figure corruptis formis. cū in vno ſit ſolum vna forma ſubſtantialis. vt ſanctus Thomas credit eſſe dicendum

Tales quidem igitur partes caliditate et frigitate et motibus ab his contingit fieri coagulatas calido et frigido. Dico autem quecunqꝫ omiomera velut carnem os pilos neruū et quecunqꝫ talia. oīa enī differunt prius dictis differentijs tenſione tractione cōminutione duricie mollicie et alijs talibus Hec auteꝫ a calido et frigido et motib⁹ fiunt mixtis Cōſtituti aūt ex his q̄ anomiomera nullo vtiqꝫ adbuc videbūt velut caput aut manus aut pes. ſed ſicut et fiendi es q̄dē aut argentū cauſa frigiditas et caliditas et motus fiendi āt ſerrā aut phialaꝫ aut archam nō adhuc ſed hic quidem ars ibi autē natura vel alia aliqua cauſa Si igitur habemus cuius generis vnūquodqꝫ omiomerorum accipiendum ſm vnūquodqꝫ quid eſt. puta quid ſanguis aut caro aut ſperma et aliorū vnūquodqꝫ Sic enī ſcimus vnūqōqꝫ propter quid. et quid eſt ſi materiam aut rationem habeamus Maxime autem cū ambo generationem et corruptionem et vnde principium motus autē manifeſtatis his ſimiliter omiomera conſiderandum et tandem ex his cōſtituta velut hominem plantā et alia talia

## De cauſa efficiente omiomerorum.

Hic ſecūdo oſtendit ex quibus effectiue omiomera et anomiomera habent eſſe. Et primo de omiomeris Dicēs ꝙ hn̄t eſſe a caliditate ꝛ frigiditate effectiue ſed a motib᷒ ipſorū hn̄t cōſiſtentiā. Sunt autē omiomera velut carnes et nerui vel pili et omnia talia que differunt differentijs predictis. Sed tn̄ in anomiomeris non habent aliam formam ſubſtantialem actu a toto diuiſam ſꝫ virtute tm̄ Si vero omiomerum per ſe exiſtens tale habet in actu formā ſubſtantialem que non generatur a calido et frigido ſed a principali generante. Tunc ibi. (Conſtituta aūt) Oſtendit a quibus habent eſſe effectiue anomiomera. Dicens ꝙ anomiomera ſicut man⁹ caput et pes nō ſunt cōſtituta a calido et frigido ſicut es nec ſunt ab arte ſicut archa phiala ſed ſicut omiomera habent eſſe a calido et frigido et motib᷒ horum ita anomiomera fiūt a natura vel ab alia cauſa ¶Ultimo in hoc ope cū dicit (ſi igit) epilogat de dictis Dicēs ꝙ habem⁹ ex his q̄ dicta ſunt in hoc libro cuius generis ſit vnūqōqꝫ omiomerorū. quia dictum eſt ex quib᷒ ſunt vt ex materia. et etiā qualiter fiūt ex materia. ſcꝫ vtrū congelatiōe vel coagulatione Etiam dictum eſt quot et que qualitates opantur actiue in mixtis et quot et que paſſiue patiūtur. dictum eſt etiam quid ſit vnūqōqꝫ omiomerorū qꝫtum ad materiam et formaꝫ ſaltem in generali qō hic ſufficit. quia tunc maxime ſcimus cū cognoſcimus ambo principia ſcꝫ generatiōem et corruptōem. id eſt formam et materiam. et vnde eſt principium motus. id eſt efficiens. Sed in ſpeciali quid ſit vnūquodqꝫ iſtorū accipiendum eſt poſterius. id eſt in libro de mineralibus ꝛ de plantis et animalib᷒ vbi agitur de conſtitutis ex omiomeris. et ſic erit cōſummatio phyloſophie naturalis

¶Expoſitio et textualis declaratio quatuor librorū Metherologorū Ariſto. iuxta comētatōem doctoris ſancti et ipſi⁹ pbatiſſimā viā ad profectū ſtudētiū gymnaſij Colonienſis qō trito ſermone burſa Montis dicit. ſtudio magiſtrorum eiuſdem laborioſiſſime ac vigilantiſſima cura congeſta finit feliciter Et per honeſtum virum Henricū quentel Agrippineñ Colonie ciuem nitidiſſime impreſſa Anno incarnatiōis Milleſimo quadringenteſimo ſup nonageſimū ſeptimo Decimo kalēdas octobris.

V E

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf